

# ¶ Libellus de beneficijs in curia va-cantibus: per Joannem lup. ꝺ pala-cios ruuios decretorum doctorem: regumqꝫ conſiliarium editus.

UVA. BHSC. IyR_142_2

¶ Ad clemẽtiſſimũ inuictiſſimũ ⁊ ſemper auguſtũ ceſarem
Ferdinandũ quintuꝫ. Hiſpaniarum vtriuſqꝫ Sicilie Hieruſalẽ ⁊ inſularũ ⁊ ꝯtinẽtis ma
ris oceani regem catholicum glorioſum ac feliciſſimum: Barbarumqꝫ gentiuꝫ domina
torem. Joannes lup. de palacios ruuios decretorum doctor. Regiuſqꝫ conſiliarius.

PRofecturo mihi olim ad romanã curiã ad pſtã-
dam Julio ſecundo pontifici maximo obedientiaꝫ: ex parte maieſtatis
veſtre ac sereniſſime regine Eliſabeth dulciſſime coniugis. vnum inter
alia veluti precipuum iniũgebatur: videlicet ꝙ apud ſummũ pontificẽ
multipliciter inſtarem: totiſqꝫ viribus illi ſuaderẽ; vt de dignitatibus
alijſqꝫ beneficijs in curia vacantibus; quorum preſentatio ad regiam
maieſtatem veſtram expectabat: abſqꝫ eorum preſentatione minime ꝓuideret: ſi damna
⁊ icõmoda ide ſperata vitare cupiebat. Preceperat item mihi glorioſa illa regina ꝙ ad
hanc rem opportuna ⁊ neceſſaria preuiderẽ; eaqꝫ litteris mandarem: ſueqꝫ traderẽ ma
ieſtati. Mos enim erat illi: vt omnia ſuo nomine alicui gerẽda: cuiuſcũqꝫ generis forẽt:
per prius videre: ⁊ (vt ita dicam) palpare: vt ſi quid in cenſuram caderet: caſtigaretur.
Ego vero rei difficultatẽ: regineqꝫ grauitatem agnoſcens: tremebundus recuſare tẽta-
ui: ſed nõ potui eius manꝰ effugere. Tanta quippe erat illi in iubẽdo grauitas; tantuſqꝫ
in loquendo lepor: ꝙ nulla vis animi: nullaqꝫ potentia: niſi ad parẽdum relinquebat.
Parui itaqꝫ eiuſqꝫ mandatis acquieui: ⁊ opuſculum iſtud ad finẽ vſqꝫ perduxi. Cũqꝫ il-
lud feliciſſime regine offerre voluiſſem: ad morteꝫ infirmata eſt: ⁊ poſt pauca diem clau
ſit extremum. Quapropter res ipſa tanqꝫ infecta apud me manſit: ⁊ velut inutilem ⁊ ne
glectam inter alia opuſculorum meoruꝫ fragmenta repoſui. ibiqꝫ diu latere permiſi. Cũ
vero poſtea vrgens neceſſitas fragmenta ipſa perquirere coegiſſet; opuſculũ ipſm beate
regine dedicatũ offendi. Quem oculi legere ⁊ lachrymari ſimul ceperũt. Quia vulnus
ꝙ catholice regine obitus cordi noſtro iniecerat: ex opuſculi lectiõe renouatuꝫ eſt; ⁊ ne
quoties legerem idipſm nobis contingeret: neue infortunatum opus ꝓdiret in publicũ:
igni tradendum pluries decreui. Quid eniꝫ infortuniꝰ operi noſtro eueniri potuit; quã
poſt eum conſumatum regiqꝫ maieſtati ſacratum. gloria inde ſperata priuari: ⁊ in tene-
bras exteriores mitti. Dum iſta mecum agerem menteqꝫ reuoluerem; parato iaꝫ ad in-
cendium igne: ratio ex aduerſo occurrit: que opinionem noſtraꝫ omnino deleuit. Quã
uis (inquit) aduerſa libelli fortuna ignem iuſte expoſcat: vt de brachio ſuo mutius ⁊ ce-
uola recte popoſcit. Sacre tamen regine merita ⁊ in agendis diſcretio ⁊ prouidentia que
ex ipſo libello patent: cõtrarium ſuadent. Quid enim laudabilius in muliere illa eſſe po
tuit (ſi mulierem nominare fas eſt) quam vt ea que in iure conſiſtebãt; ad romanumqꝫ
pontificem deferebantur: ⁊ legere ⁊ intelligere vellet: ac ſi illius rei ſolius ſibi cura eſſet:
⁊ multo iam pridem tempore iuri operam dediſſet. ⁊ rurſus. Quid in ea ſanctius atqꝫ ſa
lubrius excogitari potuit: quam deum cenſuraſqꝫ timens: vt ſue ſuorumqꝫ ſubditorum
ſaluti conſuleret. iſta litteris comprehendere iuſſerit. His autem ineuitabilibus medijs
victus: libẽter ſubſtiti: ⁊ libellum ipſum incolumen ⁊ ſanum reliqui. Ea itaqꝫ feliciſſima
regina que viuens vite principiuꝫ libello tradidit. Eadem poſtea vita functa: illuꝫ ab in
cendio liberauit: Rodericum cidum imitata qui fidei hoſtes quos dũ in humanis age
ret: vincere ſolebat: eoſdem mortuos ſimiliter deuicit. In ipſius ergo regine gloriã per
petuam feliciſſimamqꝫ recordationem: eundem libellum maieſtati veſtre offero; indu-
bitanter ſperans; quod propter eius diue regine infinita merita erit aliquãdo proficu-
us. Valeat ſeculi noſter decus.

UVA. BHSC. IyR_142_2

# Tabula.

## Contenta in hoc libello de beneficijs in curia va cantibus.


¶ Primo prefatioi operis ad inuictiſſimum regem Ferdnandum.
¶ Deinde caſſus narratio ſuper quo libellus editus fuit.

¶ In. §. j.

¶ Agitur plene de poteſtate pape p̄ſertim in beneficialibus.
¶ Papa vicē dei gerit in terris ⁊ ē chriſti vicarius ⁊ facit idem conſiſtorium cū chriſto. vnde appellans ab eo ad chriſtū ſentit hereſim.
¶ Papa eſt ſupra concilium ⁊ poteſt ſupra ius diſpenſare.
¶ Papa habet pleniſſimaꝫ poteſtatem in beneficialibus.
¶ Papa eſt beneficiorum dominus et poteſt ad libitum priuare epiſcopuꝫ ſuo epiſcopatu ⁊ dare alteri.
¶ Papa poteſt priuare omnes collatores beneficiorum.
¶ Dominium beneficioruꝫ ⁊ rerū eccleſie dicitur eſſe apud chriſtum.
¶ Res eccleſie romane ſunt pape; ſicut res fiſci ſunt imperatoris.
¶ Prelatus ⁊ quilibet beneficiatus dicitur adminiſtrator nō dominus.

¶ In. §. 2.

¶ Agitur de obedientia ⁊ reuerentia q̄ debetur pape ac prelatis:
¶ Inobedientia eſt maximum ⁊ attrociſſimum crimen.

¶ In. §. 3.

¶ De reuerentia que prelatis ⁊ ſuperioribus debetur.
¶ Contra reſiſtentes mandatis ſuperiorum ⁊ de eorum pena.
¶ Princeps eſt lex animata;

¶ In. §. 4.

¶ Pape non eſt cum peccato parendum.
¶ Quomodo illud quod principi placuit legis habet vigoreꝫ; ⁊ quomodo eſt legibus ſolutus.
¶ Princeps non poteſt ſine cauſa tollere alicui priuate pſone vł vniuerſitati rē ſuam vel ius ſibi debitum.
¶ Lex vel mandatum principis nō habet vim citationis niſi ex principis poteſtate.
¶ Princeps debet ex iuſta cauſa moueri.
¶ Pape non eſt data poteſtas peccandi iccirco potius deo q̄ pape cum peccato parendum eſt.

¶ In. §. 5.

¶ Si papa mandat ordinario ꝙ abſoluat ab excommunicatione expreſſa falſa cauſa vel ꝙ excommunicatum nō euitet; non tenetur ei parere.
¶ Is, cui mandatum pape dirigitur cuꝫ peccato non tenetur parere; q̄uis ei ſoli notum ſit peccatum.

¶ In. §. 6.

¶ Si papa mandat prouideri de beneficio alicui notorie indigno non eſt ei parē dum maxime ſi tanta eſt indignitas ꝙ ſine peccato prouideri non poteſt.
¶ Melius eſt paucis dignis vel vni tātuꝫ multas eccleſias conferre q̄ multis




UVA. BHSC. IyR_142_2

indignis plures concedere.

C In. §.7.

C Si papa ſcribit pro intruſo: non eſt ei leuato vello obediendum.
C Intruſo non eſt obediendum.
C Si executor in crimine deputatus ſciat reum iniuſte cõdennatum non debet exequi.
C Inferior poteſt ex iuſta cauſa ſuperiori reſiſtere: vtputa in illicitis mãdatis.
C An iudex teneatur iudicare ſm legẽ iniuſtam vel iniquam: vel debeat prius ſuperiorem conſulere.
C Executor poteſt ex iuſta cauſa executionem differre.
C Quando preceptum pape multum nocet expectanda eſt ſecunda iuſſio.
C Si impetrans tacuit beneficiuz quod habebat: non eſt obtemperandum talibus litteris.
C Inferior qui ex iuſta cauſa non obtẽperat mandato ſuperioris nõ incidat in penam vel cenſuras in mandato contentas quod eſt notandum.
C Clauſula ſi preces veritate nitantur: ſuſpendit effectum excommunicatiõis.

C In. §.8.

C Reges Gothi Hyſpaniam ex anteceſſione Honorij imperatoris Hyſpani habuerunt: eamq3 a faucibus inimicorum eruerunt: ideo ſuperiorem in temporalibus non recognoſcunt.
C Poſtq3 reges gothi Hyſpaniam adepti fuere continuata eſt Gothorum ſucceſſio vſq3 ad tempora noſtra.
C Reges Hyſpani eccleſias conſtruxerunt 7 dotauerunt: ex quo ius patronatus ſibi acquiſierunt: 7 in ſuos ſucceſſores tranſmiſerunt.
C Prelatus electus 7 confirmatus anteq3 adminiſtret debet perſonaliter accedere ad regem Hyſpanum eiq3 reuerentiam preſtare: eo autem abſente proregi vel vicem regis habenti.

C In. §.9.

C Antiquitus in electionibus prelatorum interueniebat conſenſus regis hyſpanie.
C Electio pape olim fiebat a principib9 chriſtianis poſtea fuit imitatum.
C Imperator habet priuilegium: vt in omnibus eccleſijs alemanie poſſit facere vnũ recipi. Idem priuilegium habet rex Francie 7 rex Anglie.
C Rex Francie 7 Anglie in quibuſdaz eccleſijs cathedralibus ſuorum regnorum ſede vacante poſſunt beneficia conferre.
C Rex Frãcie certis caſibus poteſt cognoſcere de cauſis beneficialibus tam i petitorio q3 in poſſeſſorio.
C Rex Anglie 7 Ungarie conferunt pbendas 7 beneficia in regnis ſuis ex priuilegio pape.
C Rex Apulie ex priuilegio habz inueſtituram beneficiorum.
C Principes ſeculares poſſunt habere ius conferendi beneficia.
C Rex Francie habet canonicatum in quibuſdam eccleſijs ſui regni.
C Rex Hyſpanie 7 marchio Aſtoricenſis habent canonicatus in eccleſia Legionenſi.
C Cauſe ex quib9 reges poſſunt habere ius circa beneficia conferenda.
C Quomodo intereſt regis q boni preficiantur prelati propterea poteſt cõtra eorum electionem vel promiſſionez obijcere.

C In. §.10.

C Ius patronatus ex conſuetudine acquiritur.

UVA. BHSC. IyR_142_2

¶ Ualet conſuetudo ꝙ mortuo prelato rex habeat cuſtodiam ⁊ adminiſtrationem bonorum epiſcopatus.
¶ Jus patronatus cadit in femina.

¶ Jn. §.11.

¶ Papa in dubio non videtur derogare iuri patronatus laicorum.
¶ Reſeruatio beneficioꝝ non comprehendit beneficia pertinentia ad preſtationem laicorum.
¶ De beneficijs patronatis laicoꝝ ĩ curia vacantibus papa non ꝓuidet.
¶ Papa laicis patronis non ꝑiudicat vt eos a fundatione ⁊ obtẽtiõe eccleſiarum retrahat.
¶ Jnſtitutio bñficij facta exꝑto patrono laico eſt nulla.
¶ Jus patronat⁹ regale efficacius eſt ꝗ̃ aliorum propterea ſpecialior mentio requiritur in illo ꝗ̃ in alio.
¶ Jn materia reſtringibili: non veniunt perſone maiores ſub clauſulis generalibus.
¶ De iure patronatus laicoꝝ oportet facere expreſſam mentionem.
¶ Papa poteſt derogare iuri patronatus laicorum; ſed non debet.
¶ Quando ex precepto pape executione tenetur ſcandalum: ſuperſedendum eſt in executione.
¶ Reges hiſpani habuerunt ius patronatus in eccleſijs cathedralibus ⁊ alijs anteꝗ̃ papa reſeruaret ſue collationi beneficia in cura vacantia.
¶ Jniuria fit ſucceſſori ſi denegetur eiqḋ predeceſſori fuit conceſſum.
¶ Emphitheoſis eccleſie finita: danda eſt heredi.
¶ Executores dati ſuper prouiſione dignitatis ſiue preſentatiõe regis: debent ſupſedere in executiõe ad petitionẽ regis donec papa conſulatur.
¶ Mandatum extra iudiciale: non trãſit in rem iudicatam.
¶ Si papa aufert beneficium vni vt det alteri: tenetur ꝓuidere de bono cãbio.

Jn. §.12.

¶ Quando papa prouidet de beneficijs patrimonialibus: ſuperſedendũ eſt in executiõe donec papa informetur: cõſulatur ⁊ ſecundo reſcribat.
¶ Naturales preferuntur extraneis.
¶ An appellari poteſt a papa male ĩformato ad ipſum bene informatum: ⁊ qḋ operetur talis appellatio an habeat vim ſupplicationis.
¶ An ſupplicatio mãdati ſuſpẽdat ei⁹ effectum.
¶ Papa nihil iniquum facere preſumitur ideo libenter reuocat qḋ male fecit.
¶ An reges conſiliarij poſſunt licite mandare ꝙ littere pape ac reſcripta ſuper beneficijs patrimonialibus deferantur ad ſenatum anteꝗ̃ executioni mandentur: vt videatur an preiudicent regi vel regni: vt pape ſupplicetur ſuper hoc.

¶ Jn. §.13.

¶ Agitur de monitorijs penalibus quomodo emanãt a ſede apoſtolica ⁊ cũ quib⁹ clauſulis ⁊ quo pacto is cõtra quem derigitur ſe tueri poteſt.
¶ De clauſula mot⁹ ꝓprij ⁊ certa ſcientia quid operetur in monitorijs penalibus ⁊ alijs diſpoſitionibus.

¶ Jn. §.14.

¶ De monitorio penali quomodo: vt plurimũ trahit ſecũ executionem.
¶ Quo iure inuẽta fuere monitoria penalia.
¶ An ⁊ quomodo monitio iudicis qua reũ monet vt ſatiſfaciat ſit citatio vel habeat vim citationis vel ſententie interlocutorie vel diffinitiue.
¶ De monitorio cum clauſula ſenſeris te grauatum quid operetur.
¶ De mandato iudicis ſub pena quid importet.



UVA. BHSC. IyR_142_2 .

¶ Pena excommunicationis magna ē ⁊ grauis.
¶ De monitorijs ſub pena excommunicationis in contra facientem quid importet an habeat executionem paratam vel requiratur nouus proceſſus.
¶ Appellatio principalis iuuat alios.

¶ In. §.15.

¶ De monitorio penali cum clauſula ſi ſenſeris te grauatum quid operatur an habeat vim citationis vel reſoluatur in ſimplicem citationem.
¶ Quare fuit illa practica monitorij cū illa clauſula ſi ſenſeris te grauatū.
¶ Si taliter monitꝰ comparet ⁊ grauamen oſtendit non incurrit excommunicationem in monitorio contentā.
¶ Ibi declarantur partes monitorij penalis cum clauſula predicta.
¶ Qui taliter monitus comparet quomodo debet ſuas exceptiōes ꝓponere.
¶ Coram quo debet monitus exceptiones ſuas opponere an coꝛā papa an coram delegato an coram executore an coram eorum quolibet.
¶ An ⁊ quando appellatio a monitorio penali ſuſpendat effectum monitorij.
¶ A quo tempore currunt dies in monitorio penali poſiti.
¶ Appellatio ab executorialibus quid operetur.

¶ Finis.

UVA. BHSC. IyR_142_2

❧ Libellus ꝺ beneficijs in curia vacātibus: per Joannem Lup. de Palatios ruuios decretoꝝ doctorem regiumq; conſiliariū editus.

*Facti narratio.*



Actum ſuperquo iur; cōſiliū petitur tale ē. Fernādus ⁊ Eliſabeth hyſpaniaꝝ vtriuſq; Sicilie: Hieruſalē: ⁊ inſularū maris oceani rex ⁊ regina dn̄i nr̄i potētiſſimi: in regnoꝝ ſuoꝝ eccleſijs cathedralibus: ac nōnullis alijs: patronat⁹ ius hr̄e noſcūtur: eo ꝙ ipoꝝ anteceſſores terrā de inimicoꝝ faucib⁹ manu acceperūt armata: ⁊ tēpla ſolēnia ad cultū diuinū neceſſaria edificātes: dotib⁹ ampliſſimis dictauere: iuſq; patronat⁹ quo ad pncipales dignitates ſibi reſeruarūt in eis: quo iure hiſpaniaꝝ reges hactenus vſi ſunt: ⁊ nemo in eiſdē eccleſijs pficiebat: niſi ad eoꝝ pſentationē: etiā ſi plati in romana decederēt curia. Nūc vero roman⁹ pōtifex neſcit q̄ ratiōe duct⁹ dignitates aliqs ⁊ platuras eoꝝ pſertim qui Rome degētes vitā finiere: patronat⁹ iure neglecto aliquib⁹ ꝯferūt: datis ſup hoc executorialib⁹ lr̄is: incōtradictores graues cenſuras ⁊ penas ꝯtinētib⁹. Ex quaꝝ obtēperātia ⁊ implemēto: regib⁹ regnoq; graue dānū ⁊ iniuriā redūdare manifeſtū ē. Quāobrē inuictiſſimi reges nr̄i mādati executionē īpediūt: differriq; faciūt: donec papa ꝯſult⁹: veritatiſq; ꝯſcius: aut a ſe factū reuocet: aut ſecūdā mittat iuſſionē. Cū veriſimile nō ſit eū cū tā graui regū regniq; iactura ⁊ iniuria id velle: imo ex falſa partis relatiōe vel īportunitate feciſſe. Et qm̄ bonarū mētiū ē ibi timere culpā: vbi culpa nō reperit: chriſtianiſſimi reges noſtri informari cupiūt: an per huiuſmodi executiōis īpedimētū ⁊ dilationē incidāt in penas ⁊ cēſuras in lr̄is executorialib⁹ ꝯtētas ⁊ in eas q̄ in bulla iouis cene ſimiliter ꝯtinent ꝯtra eos q̄ lr̄is aplicis vel mādatis legatoꝝ ⁊ nūcioꝝ ⁊ iudicū ꝺlegatoꝝ grāq vl' iuſticiā ꝯcernētib⁹: decretiſq; ſup eis ⁊ re iudicata ſeu pceſſib⁹ executorialib⁹: nō habito prius eoꝝ bn̄placito ⁊ aſſenſu: neue tabelliōes ⁊ notarij ſup huiuſmodi lr̄is ⁊ pceſſib⁹ executorialib⁹ inſtrumēta ſeu acta ꝯficere: aut ꝯfecta pti cui⁹ itereſt tradere ſub grauiſſimis penis phibere: ſtatuere ſeu mādare pſumūt: ⁊ ꝯtra dantes auxiliū: ꝯſiliū vel fauorē. ⁊ ſi forſan hec via nō videat tuta: quo nā mō ſibi prouideri pn̄t ꝯtra hec ⁊ alia ſilia mādata ⁊ monitoria penalia que a ſede aplica quottidie emanāt. tā ſup collatiōib⁹ beneficioꝝ: q̄ ſup alijs reb⁹ eccleſiaſticis: grauiſſimas penas ⁊ cēſuras cōtinētia.

*§.j. De poteſtate pape.*

Ad cuius dubij deciſionem aliq̄ neceſſario pmittēda ſunt ex qb⁹ pleniſſima vberrimaq; pape poteſtas maxime in bn̄ficialib⁹ demōſtrabit. Cui⁹ virtute ab oib⁹ ⁊ p oia parēdū ⁊ obtēperādū pma ꝯſideratiōe videbat. Eſayas ꝓpe.28.c. de future eccleſie fūdamēto pdicēs ait. Ego mittā i fundamētis ſyon: lapidē angularē pbatū: pcioſū.i. in fundamēto fūdatū. Qꝺ apl's ad corinthios.3. declarās dicit. Fūdamētū aliud nullū poni pōt pter id qꝺ poſitū ē: qꝺ ē xp̄s ieſus. Habet trāſūptiue in.c. cū paulus.j.q.j. ⁊ in.c. veniēs. ꝺ pſbyte. nō bap. mi. ⁊ in.c. fundamēta. ꝺ electio. li.6. i pn. Chriſt⁹ eni ē petra fūdamētal'. de qua dr̄ Mathei.7. Fundata enim erat ſupra petrā. Et qm̄ oportebat ipm mori p redēptiōe generis humani: ⁊ ſucceſſorē relinquere: viuēs adhuc petrū ſucceſſorē elegit: cui claues regni celoꝝ dare pmiſit. Mathei.16. habet i.c. i nouo teſtamēto.21. di. ⁊ in.c. rogamus. 24.q.j. pmiſit aūt: ſ; nō dedit. ſm glo. i ꝺ.c. in nouo. qm̄ ſubſiſtēte xp̄o paſtore: ali⁹ paſtor vniuerſalis ꝯſtituēd⁹ nō erat: q; offenderet articulus fidei q dicit. Et vnā ſcām eccliā. Pro humani qdē redēptiōe generis ꝺ ſūmis celoꝝ ad yma mūdi deſcēdēs: ⁊ mortē tādē ſubiēs tpalē:



UVA. BHSC. IyR_142_2

dei filiꝰ iesus xp̄s: ne gregē suo p̄cioso sā
guine redēptū: ascēsurꝰ post resurrectio
nē ad p̄rē absq; pastore deserere: ip̄iꝰ cu
rā beato Petro ap̄lo: vt sue stabilitate fi
dei ceteros i xp̄iana religiōe firmaret: eo
rūq; mētes ad salutis opa ascēderet: de
uotionis ardore cōmisit. ita dicit Inno.
iiij. in ꝯcilio Lugdonēsi. ⁊ habet in. c. j. d̄
homicidio. li. 6. itaq; ante resurrectionē
xp̄s Petrū elegit i p̄ncipē: s; ꝯfirmatio
nē distulit vsq; post resurrectionē: vt di
scipuli qbꝰ p̄esse debuit: p̄berēt assensū
i tipū electiōis faciēde. cuz nemo inuictꝰ
⁊c. 61. di. c. nullꝰ. sic dicit Joan. de san. ⁊
seq̄t Archi. in. d. c. in nouo. Et qm̄ xp̄s
eccl̄iā sic instituit: vt eēt vsq; in finē scl̄i
duratura: ſm illud Esaye. Sup soliū da
uid ⁊ sup regnū eiꝰ sedebit: vt ꝯfirmet il
lud ⁊ corroboret in iudicio ⁊ iusticia amo
do ⁊ vsq; i sempiternū. Illos aūt q tunc
erāt i ministerio ꝯstituit vt eoꝝ potestas
d̄riuet ad posteros p vtilitate eccl̄ie vsq;
ad scl̄i finē. Cuz ip̄e dicat Matthei vlti.
Ecce ego vobiscū suz vsq; ad ꝯsumatio
nē scl̄i. Trāstulit igit xp̄s suā potestatē i
petrū: ⁊ a petrꝰ i successores: ita q eadē ē
potestas i illis: q̄ erat i petro. ſm Tho. i
4. ꝯtra gētiles. ⁊ i tractatu ꝯtra errores
grecoꝝ. c. 69. vn̄ merito eccl̄ie ⁊ pape po
testas ab ip̄o deo iesu xp̄o emanasse d̄r:
vt etiam tradit i. c. q̄uis. 21. di. ⁊ i. c. oēs.
22. di. ⁊ i. c. sacrosancta. ea. di. ⁊ i. c. basili
cas. in fi. de ꝯsecra. di. j. tradidit sanctus
Tho. vbi supra. ⁊ i tractatu ꝯtra ipugnā

Papa vicariꝰ xp̄i d̄r. a quo non appellatur ad christum.

tes religionē. Hinc papa i terris vicē dei
gerere d̄r: appellat xp̄i vicariꝰ. c. quāto.
de trāslatiōe platoꝝ. ⁊ facit idē ꝯsistoriū
cū xp̄o. ſ; Hosti. ibi. vn̄ appellās a snīa
pape ad xp̄m: videt heresim sentire: sen
tiēs q papa nō sit xp̄i vicariꝰ: nec habe
at idē tribunal cū xp̄o. ita dicit collecta
riꝰ i. c. q̄ multotiēs. d̄ regu. iu. seq̄t alexā

Papa ē supra ius ⁊ cōcilium.

drinꝰ i. c. p̄ceptis. 2. cō. 12. di. Cuiꝰ qui
dē potestatis rōne i se trāslate papa ē su
pra ius ⁊ supra oē ꝯciliū ⁊ statutū. c. signi
ficasti. d̄ electiōe. ⁊ pōt supra ius dispēsa
re. c. p̄posuit. d̄ ꝯces. p̄bē. cle. pastoralis.
d̄ re iudi. circa fi. cū eiꝰ auctoritas non sit
alligata legibus aut canonibꝰ ap̄licis. c.
ideo. §. his ita. 25. q. j. Antecessor eni nō
potuit sibi legē iponere: cuz pari imo ea
dē successerit potestate: vt supra dictū ē.
⁊ habet i. c. inotuit. d̄ electione. Tradit
sanctꝰ Tho. scd̄a scd̄e. q. 98. ar. 6. Tanta
qppe ē pape potestas q oēs iudicat: a ne
mine iudicat. c. si papa. 40. di. c. i memo
riā. 19. di. c. inferior. 21. di. 9. q. 3. c. cūcta p
mūdū. ⁊. c. p p̄ncipalē. c. cū iferior. d̄ ma
io. ⁊ obe. Hāc etiā potestatē vberrio
rē h; papa i b̄nficialibꝰ. c. 2. d̄ p̄bē. lib. 6.

De potestate pape i beneficijs.

cle. j. ad finē. vt lite pēdēte. de quo late p
Abbatē panormitanū i. c. q̄ i eccl̄iaꝝ. de
ꝯsti. ⁊ i. c. cuz int. de electio. 3. cō. ⁊ i. c. int
q̄ttuor. d̄ maio. ⁊ obe. ⁊ i. c. cū nobis. d̄ te
stibꝰ. ⁊ i. c. cū int. d̄ excep. ⁊ i. c. ea q̄. de re
iudi. i fi. ⁊ i. c. j. d̄ fide istru. In his eni po
test papa eq̄re q̄drata rotūdis ſ; Hosti.

Papa pōt equare quadrata rotundis.

i. c. cū venissent. d̄ iudicijs. Est dicere q
pōt d̄ b̄nficijs ad libitū disponere: q; pa
pa b̄nficioꝝ ē dn̄s quātū ad vsum: ⁊ eis

Papa ē beneficioꝝ dominus.

vti pōt sicut placet ⁊ decet suā potētiā si
ue statū. 12. q. 2. c. bone rei. ⁊. d. c. p p̄nci
palē. ⁊. c. cū vero. 9. q. 3. ita late firmat ar
chi. i suo tractatu de heresi incipiēte. Sā
ctissimo i xp̄o p̄ri. 15. char. ꝟ. ⁊ q; tāta est
p̄eminētia inferēs ex hoc q l; papa non
possit p̄uare quē iure suo sine causa: tn̄ i
b̄nficialibꝰ pōt quē p̄uare p sibito volūta
tis. ad hoc glo. cōit approbata in. d. c. p
principalē: q̄ dicit q papa sine causa pōt
d̄ponere ep̄z. Ad idē glo. i. c. si gratiose.
d̄ rescrip. li. 6. p quā dicit ibi dn̄icꝰ pe. cō.
q papa i titulis b̄nficialibꝰ h; p ratione
volūtatē: itaq; ad libitū pōt p̄lato aufer
re titulū b̄nficialē. Idē fuit de mēte An
tonij in. c. ꝯstitutꝰ. d̄ religio. domi. dicen
tis: q de rebꝰ eccl̄iasticis pōt disponere
papa vt vult: etiā sine causa: remouēdo
vnū a b̄nficio suo p iura allegata. Nec ē
opꝰ ſ; eū adijcere clausulā derogatoriā
nō obstāte. ⁊ seq̄t Joan. d̄ imo. in. d. c. q̄

Reseruatio beneficioꝝ.

i eccl̄iaꝝ. vn̄ absq; alia reseruatiōe ex so
la volūtate pōt p̄uenire oēs collatores
b̄nficioꝝ: vt late ⁊ singularit firmat Fre
dericꝰ i suo tractatu d̄ pmutatiōe benefi
cioꝝ. q. 4. ē textꝰ i. c. dudū. de p̄bē. li. 6. ⁊

UVA. BHSC. IyR_142_2

ꝑpterea collatiõi ſuę reſeruat bñficia in curia vacãtia. vt. c. 2. z. c. pſenti. co. ti. z libro. Idē ſtatuit Bonifaci⁹. viij. in extravagãte incipiēte pie ſolicitudinis. z Clemēs. v. i extrauagãte icipiēte. z ſi i tēporaliū q̄ hodie repiunt ſub titulo de pben dis i extrauagãtib⁹. Dñiuz eni bñficioꝝ z reꝝ ecclie ꝓprie loquēdo: nō ē apō aliquã ecclīaz. ſʒ apud xpm ſm Inno. in. c. cū ſup. ō cauſa. po. z ꝓprie. ſup verbo reſtituendū queʒ Antoni⁹ z alij ſequunt. Bona qppe ecclīaꝝ ſūt patrimoniū xpi c. cū ſm aplʒ. de pbē. c. cū ex eo. ō electi. lib. 6. cui⁹ papa ē vicari⁹ cuʒ omnimoda poteſtate in terris. vt i pcedētib⁹ dictū ē Hinc glo. notabilis i. c. cū veniſſent. ō iudi. dicebat: q̄ res ecclie romane: ꝓprie ſunt pape: ſicut res fiſci ſūt imperatoris q̄ſi patrimoniū. ff. ne qd i loco publico. l. j. §. hoc interdictū. Qñ ergo papa aufert rē eccl'iaſticã vl' bñficiū alicui clerico poti⁹ dr̄ auferre adminiſtrationē q̄ȝ dominiū. Cū bñficiat⁹ etiã ſi plat⁹ ſit: poti⁹ dr̄ adminiſtrator q̄ȝ dñs. qō pbat i. c. 2. ō dona. faciūt. notata i. d. c. cōſtitut⁹. de religio. do. z in. c. antiq̄. de puilegijs.

Dominium beneficioꝝ z reꝝ eccleſie eſt apud chriſtum.

§. 2. De obedientia que debetur prelatis.

Ex iſtis patet quanta z quã pleniſſima ſit pape poteſtas maxie in beneficialib⁹: z pſequēter quomodo ei obediēdū z obtēperãdū ē. ad qō nos monet apl's hebreoꝝ. c. fi. dicēs. Obedite ꝑpoſitis vr̄is z ſubiacete eis zc. Duo eni debem⁹ platis. ſ. obediētiã: vt ipoꝝ mãdata ipleam⁹. Melior ē eni obedientia q̄ victima. q: p victimas aliena caro: p obediētiã vero ꝓpria volūtas mactat. ipa qdē ſola fidei meritū poſſidet: ſine q̄ qſquis fidelis ꝯuincit z infidel' iudicat. j. Regū. 15. z Gregori⁹ i moralib⁹ habet i. c. ſciēdū. 8. q. j. Per eã meremur grãm dei: z futurã ſalutē. 93. diſt. c. ſi inimicus 11. q. 3. c. qd ergo. q̄m vbi ē obediētie icolumitas: ibi ē ſcã doctrina. c. miramur. 61. diſt. vñ mēs iuſti obediētiã meditabitur. vt dr̄. Prouerbioꝝ. 15. c. z p eã amic⁹ dei efficit. iuxta illō Joan. 15. c. Vos amici mei eſtis ſi fecerit; q̄ pcipio vobis. Vñ xps platis loquēs. Luce. 10. dicit. Qui vos ſpernit: me ſpernit. ſine obedientia qppe platoꝝ dignitas contēnit. vt dicit glo. 93. di. i ſumma. Sigdē oibus platis obediēdū ē: a fortiori ſūmo z maximo platoꝝ prelato: hoc ē romano põtifici q vicē dei gerit i tertis: z caput ē ecclie xpiq; vicari⁹: vt in ſuperiorib⁹ late oſtēſuʒ eſt. Vñ Gregorius. 7. lib. moraliū. Peccatū (inqt) paganitatis incurrit qſqs dū xpianū ſe aſſerit: ſedi aplice obedire ꝯtēnit. Habet trãſumptiue. 23. diſt. §. porro. 81. diſt. c. ſi q ſūt. z dicto. c. ſciēdū. 8. q. j. glo. i. c. dolentes. ō celebra. miſ. Sit ergo ſue ruine dolore ꝓſtrat⁹ qſqs aplicis voluerit ꝯtraire decretis. Ut dicit idē Gregori⁹ z habet in. c. nulli fas. 19. diſt. Ex quo colligit ibi glo. Ois q nō obedit ſtatutis romane ſedis: ē heretic⁹. ¶ Inobedientia vero ſeu ſuſpioris cōtēpt⁹ ē maximū imo atrociſſimū crimē: vt notatur in. c. ſciſma. 24. q. j. z in. c. notandū. 24. q. 3. ponit ſanct⁹ Tho. ſcda ſede. q. 105. p totū. z ſecūdo ſentē. di. fi. Cuius magnitudo ex genere pene dephēdit. c. nō afferam⁹. 24. q. j. Olim qdē inobediēs ſupiori capite puniebat: vt dicit glo. i. §. j. 4. q. 3. z in. c. abſit. 11. q. 3. z i. c. 2. ō malo. z obedi. vbi dr̄. ſiqs non obedierit pncipi: morte moriatur. Ad idē. l. 3. §. in bello. ff. ō re militari. vbi non obidiens duci belli vel cōtra eius pceptum aliqd attētãs: capite punit: etiã ſi res bene geſſerit.

Inobedientia graue crimen eſt.

Secundū qō prelatis debetur eſt reuerētia: vt eos honorem⁹ tan q̄ȝ patrē: z ipoꝝ doctrinã tollerem⁹. Parētib⁹ aūt p oia obedire debem⁹: vt pcepit apl's ad coloſſenſes. c. 3. dū ait. Parētes qdē carnis nr̄e habuim⁹ eruditores z reuerebamur eos. Dicit idem apl's ad Hebreos. 12. c. Eſt aūt lex naturalis q̄ fili⁹ ſubdat pr̄is cure. iuxta illud Exodi 2. Honora pr̄eʒ tuū z matrē tuã zc. ergo ſilit p oia obediēdū ē platis pſertim pape q caput ē ecclie. 12. di. c. nō decet. z. c. pceptis. qcqd ergo pcepit: obediēduʒ ē ei. z ſilīter obtēperãdum: z nullo modo reſiſtendū. q̄m vt ait apl's ad Roma. 13.

§. 3. De reuerentia quel prelatis d̄betur z ſubiectiōe.

UVA. BHSC. IyR_142_2

Contra reſiſtentes ſuperioris mandato.

Ois aia ſublimiorib⁹ poteſtatib⁹ ſubdi-
ta ſit:nō ē eni poteſtas niſi a deo. q̄ autē
ſunt:a deo ordinata ſunt: itaq̄ q reſiſtit
poteſtati:dei ordinationi reſiſtit. q autē
reſiſtunt:ipſi ſibi dānationē acq̄rūt. Ha
bet tranſumptiue in.c.ois aia.d̄ cēſi.⁊ in
c.q reſiſtit.xi.q.3. In quib⁹ verbis apl'us
duo p̄ncipalit agit. p̄mo oſtēdit ſuperio
ris poteſtatē a deo eē: ⁊ cōſequēter ordi
nē hr̄e. q: nihil eſt a deo:ſine ordine. vn̄
ordo quo oēs xp̄iani Romano pōtifici
ſubijciunt:a deo ē: itaq̄ q ↄtra hūc ordi
nē reſiſtit poteſtati pape: dei ordinatiōi
reſiſtit. iuxta illud.j. Regū.8. Non te ab
iecerūt:ſ; me:ne regnem ſup eos. Luce
10. Qui vos ſpernit:me ſpernit. Reſiſte
re aūt diuine ordinationi: ↄtrariat hone
ſtati virtutis. vn̄ ↄtra virtutē agit:qcūq̄
poteſtati reſiſtit in eo quo ad ordinē pti
net ſue poteſtatis. Secūdo oſtēdit apl's
huiuſmodi ſubiectionē:nō ſolū honeſtā
eē:ſ; neceſſariā: qm̄ poteſtati ⁊ ordina-
tiōi nullo mō debet aliq̄s reſiſtere: imo
vitare debet tanq̄ virtuti ↄtrariā. Mul
ti tn̄ ſunt:q amorē virtutis nō habētes:
ea q̄ ſunt virtuti ↄtraria non deteſtant:
ideo tales cogēdi ſunt ad vitationē ma-
loꝝ p impoſitionē penaꝝ: vn̄ q reſiſtūt or
dinatiōi:ſibi dānationē acq̄rūt: ↄtra po
teſtatis ordinē agēdo. Qd̄ qdē pōt itel
ligi vno mō de dānatiōe eterna quā me
rent q poteſtati ſubijci nolūt: i eo qd̄ de
bēt:in cui⁹ exēplū Datā ⁊ Abirō q moy
ſi ⁊ aarō reſtiterūt: ſūt a terra abſorpti:
vt habet Numeri.16. Alio mō pōt intel
ligi de dānatiōe pene q̄ p ipſos p̄ncipes
infert. Prouerbioꝝ.20. Sicut rugit⁹ leo
nis:ita ⁊ terror regis:q puocant eū:pec
cāt i aiā ſuā. Ita declarat ſanct⁹ Tho.
vbi ſupra. Vn̄ ſicut olī ſūmo ſacerdoti le
uitici generis: oēs iudei obedire tenebā
tur:vt habet Deutrono.17.c.trāſumpti
ue.i.c. p venerabilē. q filij ſūt legittimi.
vbi dr̄. Si difficile aliqd aut ambiguum
apud te iudiciū pſpexeris:venias ad ſa-
cerdotē ⁊c.⁊ infra. Qui ſupbierit:nolēs
ſacerdotis obedire imperio: morietur.
Sup quo verbo dicit glo. Cōdēnatiōis
ſuſtinet ſniaꝫ:q ↄtēnit ſummi pontificis
obediētiā:tanq̄ ſi ↄtēneret dei omnipo-
tētiā. quā obrē Saul p̄m⁹ rex tanq̄ ino-
bediēs grauit fuit punit⁹: vt habetur.j.
Regū.15.c. Sic oēs xp̄iani maiores ⁊ mi
nores pape locū xp̄i tenēti: parere tenē-
tur.c.oēs.d̄ maio.⁊ obedi.nō ſolū ex iu
re naturali: ſ; etiā ex p̄cepto diuino: vt i
ſupiorib⁹ oſtēſum ē.⁊ tenet ſanct⁹ Tho.
ſcd̄a ſcd̄e.q.88.ar.10.ad ſecūdū pbat i.l.
iubem⁹. ff.ſi.iūcta glo. C. de epiſco.⁊ cle
ri. Ad cui⁹ ↄfirmationē facit illud Pla-
tonis i tertio lib. de re publica. vbi dicit.
Tēperantie p̄cipua ē laus:obſeq̄ p̄ncipi
b⁹.⁊ Tuli⁹ officioꝝ.i. impellit inqt natu
ra vt hominū cet⁹ celebrari int ſe:⁊ ſibi
obedire velint.⁊ Auguſtin⁹ ſcd̄o lib. cō
feſſionū trāſumptiue i.c. q̄ ↄtra morē.8.
diſt. Cōtra ſocietatē fit ſi regi non obtē
peraf. generale qdem pactū ē ſocietatis
humane:regib⁹ obtēperare ſuis. Idē ſ;
alijs verbis dicit Iuſtinian⁹ impator in
auct. vt iudices ſine quoquo ſuffragio.
ff. oportet quoq̄.colla.ſcd̄a. Nolite (in
qt) vr̄as volūtates pbere inobediētes:
⁊ vndiq̄ vna erit optima ↄſonaq̄ pſidē
tiū:⁊ qb⁹ pſident cōgruētia magna. Vn̄
i veteri qdeꝫ lege habet. Quicūq̄ ſacer
dotib⁹ nō obtēperaſſet:aut extra caſtra
poſit⁹ lapidabat a pplo:aut gladio cer-
uice ſubiecta ↄtemptū expiabat cruore.
Nūc vero inobediēs ſpūali aiaduerſiōe
trūcat⁹:aut elect⁹ de ecclia rapido ore d̄
monū decerpit.ita dicit Anaclet⁹ papa
i.c.abſit.xi.q.3. Et ſiqs ſacerdotū vel reli
quoꝝ clericoꝝ:ſuo epō inobediens fue-
rit:mox depoſit⁹ curie tradatur:vt reci-
piat: qd̄ inique egit. Ita dicit Pi⁹ papa
in.c.ſi qs ſacerdotū.xi.q.1.⁊ in.c. qcūq̄
eadeꝫ cauſa ⁊ q̄ſtiōe dicit. Si obedire no
luerit:quouſq̄ obediāt:a liminib⁹ ecclie
excludant.⁊ in.c ſi aūt. eadeꝫ cauſa ⁊ q̄-
ſtiōe:dr̄. Si aūt vobis epis non obedie-
rint oēs pſbyteri:oēſq̄ p̄ncipes: nō ſolū
infames:ſ; etiā extortes a regno dei ⁊ cō
ſortio fideliū:⁊ a liminib⁹ ſancte dei eccle
ſie alieni erūt.⁊ i. ff. ecce.50.diſt.dr̄. Aut
prona volūtate p̄ceptis illoꝝ ↄſentiant:

UVA. BHSC. IyR_142_2

aut omnibꝰ illis cõtrarios ⁊ inimicos ſe
cognoſcãt. vñ glo. ibi dicit. ꝙ ſi aliqs p̄-
lato nõ obedit: eiꝰ ẽ inimicꝰ. Jtẽ in. c. mi
ramur. 61. diſt. dr̃. Qui ſe ſcit aliqbꝰ eſſe
ꝑpoſitũ: nõ moleſte ferat aliqm ſibi eſſe
p̄latũ: ſed obediẽtiã quã exigit: etiã ip̄e
inpẽdat. Concordat cũ p̄dictis. l. d̄ſerto-
rẽ. §. ſi p̄ſidis. ff. d̄ re militari. vbi littera
dicit. Si p̄ſidis aut cuiuſuis prepoſiti ab
executiõe qs deſiſtat: peccatũ d̄ſertoris
ſubibit. Exponit glo. executiõe ideſt pre
cepto. ⁊ eſt argumẽtũ cõtra ſubditos q
nõ obediũt p̄latis: vt pena deſertoris te
neant: q: nõ poteſt dolo carere: q impio
magiſtratꝰ nõ obtẽperat. l. nõ poteſt. ff.
de re. iu. cũ concordãtibꝰ. Parẽdũ ergo
⁊ obtẽperãdũ eſt pape. alias incurreret
qs penas ⁊ cenſuras de quibꝰ ſupra: p̄-
ſertim cũ in eo ſemp p̄ſumatur cauſa: vt
notatur in. c. que i eccleſiaꝝ. d̄ cõſti. ⁊ in
l. bene a zenone. C. de quadriennali p̄ſcri
ptiõe. eo ꝙ papa vel princeps ẽ vigor iu
ſticie. l. ꝓhibitũ. C. d̄ iure fiſci. libro. 10. ⁊

Princeps lex animata.

animata lex. auctẽ. vt iudices ſine quo-
quo ſuffragio. §. eos aũt. colla. ſcd̄a. au
cten. de conſulibꝰ. ad finem. collatio. q̄r
ta. Multa alia his ſimilia adducere po
tuiſſe: qbꝰ ↄfirmari poſſet ↄcluſio p̄di-
cta: q̄ breuitatis cauſa obmitto.

§. 4.

Pape nõ ẽ cum peccato parendum.

# Hec tamen ſunt intelligen

da q̄ndo illud quod papa p̄latus vel ſu
perior mãdat iuſtũ eſt: ⁊ ratiõi eqtatiq
ↄſentaneũ. Quãuis eni papa ſit ſupra le
gem: ⁊ de iure poſſet ſupra ius diſpẽſare
vt. c. propoſuit. de cõceſſio. p̄ben. q: p̄de

Predeceſſor nõ importat legem ſucceſſori.

ceſſor nõ potuit ei legem imponere: cu
in pari imo in eadẽ ſucceſſerit poteſtate:
vt. c. innotuit de electione. appellatur q
beneficiorũ dñs: vt de illis libere diſpo-
nere poſſit: vt qd̄ in his ſibi placuerit le-
gis habeat vigorem: vt de imperatore ⁊

Quomodo illud qd̄ p̄ncipi placuit legis habet vigorem.

principe ſeculari dicit textus in. §. ſz ⁊ qd̄
p̄ncipi placuit. inſti. de iure naturali. In
telligendũ tamẽ eſt: dũmodo placeat ſi-
cut bono viro bonoq principi. vt. ff. de
fideicõ. li. l. thais. §. ſorore. de ſtatu li-
be. l. labeo. de contrahẽ. emp. l. hec ven-
ditio. Quia lz papa ſolutus ſit legibus

Papa eſt legibus ſolutꝰ ſz naturali ratiõe ligatus.

eo ꝙ non habet i terris qui ſua facta di-
iudicet: vt inquit glo. pſal. 50. ſuper illud.
Tibi ſoli peccaui. ip̄a tamen ratione na-
turali ligatur. l. digna vox. C. d̄ legibus.
c. j. de probatio. vnde ſi aliquid. iniuſtu
⁊ ſine cauſa attẽptat cõtra priuatã pſonã
vel ↄtra rẽ publicam tollendo forſan ei
ius vl' dominiũ ſibi cõpetẽs peccat ſicut
qlibet aliꝰ. ita notãter decidit Andreas
d̄ yſernia in. c. j. ꝟ. flumina. col. j. ꝟ. ſi fa
ceret ſine cauſa. i ti. q̄ ſunt regalia. li. feu
doꝝ. Eſt ergo papa ⁊ quiuis alius prin-
ceps legibus ſolutus: quantum ad vim
legis coactiuam: nullus enim ꝓprie co-
gitur a ſeip̄o vel a pari. Lex autẽ vel p̄n

Lex hz vim coactionis ex principis poteſtate.

cipis mandatum non habet coactione
ſeu vim coactiuam: niſi ex principis po-
teſtate. Princeps tamẽ ex iuſta cauſa d̄

Princeps d̄bet ex iuſta cauſa moueri.

bet moueri: non ex ſola voluntate: maxi
me in his que ſunt vel eſſe poſſunt con-
tra ius naturale vel naturalem equita-
tem: vel diuinam: vel ad cõmune bonu
ordinata. Talis autem lex taleq prece-
ptum iuſta ratione equitateq ordinatũ:
ẽ iuſtum: ⁊ ſubditi illud obſeruare tenẽ-
tur. vt. c. erit autem lex. 4. diſti. quia di-
uine accedit voluntati ⁊ ab ea deriuatur
vnde qui tali precepto reſiſtit: diuine po
teſtati ⁊ ordiuatiõi reſiſtere tẽptat: iuxta
verbum apoſtoli ad Roma. 3. cuius ſu-
pra mentionem fecimus: ⁊ infra ſtatim
faciemus. habetur in. c. qui reſiſtit. 11. q.
3. ⁊ in. c. in iſtis. 4. di. Si autem lex prece-
ptũue a ſola principis voluntate contra
rationẽ procedat: ⁊ alicuiꝰ iuri ſine cau-
ſa preiudicet: tunc non debet appellari
lex: ſed legis corruptio: ſm Auguſtinu
in lib. de libero arbitrio. Jta notãter de-
clarat Andreas d̄ yſernia in ca. j. co. pe.
de capi. qui curia ven. lib. feudoꝝ. eiuſ-
de ſententie: lz per alia verba fuit beatꝰ
Tho. 12. q. 90. ar. 1. in fine dicẽs: ꝙ ratio
habet vim mouendi a volũtate. Ex hoc
enim ꝙ aliquis vult finẽ: ratio imperat
de his que ſunt ad finem. Sed volũtas
d̄ his q̄ imperant: ad hoc vt legis ratio
nẽ habeat: oportet ꝙ ſit aliq̄ ratiõe regu

UVA. BHSC. IyR_142_2

lata.⁊ hoc modo itelligit̃ ꝙ volũtas pñ
cipis hʒ legis vigorem. Aliogn volũtas
pncipis magis eēt iniquitas ꝗ̃ lex. hec
ille. Si igitur illud qđ papa vł ſupioꝛ mã
dat iuſtũ ē; obtẽperãdum eſt a ſudito ſi
nõ ſubeſt aliqua iuſta cauſa nõ obtẽpe-
rãdi. Si autẽ ſubſit: in executione mãda
ti ſupſederi poteſt. vñ ſi ex mãdati obſer
uãtia deꝰ offendit̃: ꝓpt̃ peccatũ qđ inde
reſultat: non eſt parendum romano põ
tifici vł alteri ſupioꝛi. Pape eni nõ eſt da
ta peccãdi poteſtas. c. j. 40. di. vbi ſima-
chus papa iuqt. Nõ nos beatũ petrũ ſi
cut dicitis a domino cũ ſedis priuilegio
vł ſucceſſoꝛes eiꝰ peccãdi iudicamꝰ licen
tiam ſuſcepiſſe. Deꝰ eni q pape ſuperioꝛ ẽ
pcepit peccatũ vł malũ vitãdũ: ergo deo
potiꝰ ꝗ̃ pape parẽdũ ē: quoniã papa nõ
poteſt cõtra legẽ dei aliqd diſponere: ⁊
ſi diſponat: potiꝰ dr̃ errare; ꝗ̃ legẽ cõde
re. 25. q. j. c. ſunt qdã. Hec fuit mẽs Au
guſtini exponentis illud apoſtoli. q reſi
ſtit poteſtati ⁊c. vt habetur i. c. q reſiſtit.
11. q. 3. vbi littera dicit. q reſiſtit poteſtati
dei oꝛdinatiõi reſiſtit Sed qd ſi illđ iube
atur qđ nõ debeas facere: hic ſane contẽ
ne poteſtatẽ. ipoſq̃ humanarũ legũ gra
dꝰ aduerte. Si aliqd iuſſerit curatoꝛ. faci
endũ eſt tamẽ ſi cõtra ꝓcõſul iubeat. nõ
vtiq̃ cõtẽnis poteſtatẽ: ſʒ elegis maioꝛi
ſeruire; nec hic dʒ minoꝛ iraſci: ſi maioꝛ
plaṫꝰ ē. Rurſus ſi ipe ꝯſul aliqd iubeat: ⁊
aliud iubeat ipatoꝛ vł ſi aliud iubeat ipa
toꝛ aliud deꝰ qd iudicaſ: maioꝛ poteſtas
deꝰ. da veniã o ipatoꝛ: tu carcerẽ ille ge-
hẽnã minat̃. Hic iã tibi aſſumẽda ē fides
tua tanq̃ ſcutũ: i quo poſſis oĩa ignea ia-
cula inimici extiguere. Hec ille q̄ reaſſu
mit beatus Tho. 2. ſentẽ. diſt. vltima: ⁊
Ro. 13. c. 2. cõ. latiꝰ ſcđa ſcđe. q. 104. ar. 5.
in ſolutiõe q̃ſtionis. facit. l. cõtra pupillũ
§. qui ad maius. ff. de re iudic. vbi q ad
maius tribunal vocatꝰ ē: ſi litẽ inchoatã
deſerit: cõtumax nõ videtur. Eiuſdẽ ſen
tẽtie fuit Ambroſiꝰ. vt habetur in. c. iulia
nꝰ. ea. ca. ⁊. q. Julianꝰ iniqt ipatoꝛ ꝗ̃uis
eēt apoſtata habuit tamẽ ſub ſe xp̃ianos
milites; qbꝰ cũ dicebat. Producite aciẽ
cũ defenſiõe rei publice: obediebãt ei: cũ
aũt diceret eis ꝓducite arma in xp̃ianos
tunc cognoſcebãt ipatoꝛẽ celi. q̃ſi dicat:
nolebãt cõtra xp̃ianos pugnare: qꝛ pec
carent cõtra deũ: cui potius ꝗ̃ impatoꝛi
obediẽdũ ⁊ obtẽperandũ erat. cõcoꝛdat
Hieronymꝰ in epiſtola ad epheſios q̄ ha
betur i. c. ſi dñs. ea. ca. ⁊. q. vbi dicit. Si
dñs ea iubet q̄ nõ ſunt aduerſa ſanctis
ſcripturis: ſubijciatur dño ſeruꝰ. Si vo
cõtraria pcipit: magꝭ obediatur ſpũs ꝗ̃
coꝛpoꝛis dño. Si bonũ ē qđ pcipit impe-
ratoꝛ: iubentis exequere volũtatẽ. Si ma
lũ reſpõde: opoꝛtet deo magis obedire
ꝗ̃ hominibꝰ. hoc ipʒ ⁊ de ſeruis apud
dominos ⁊ de vxoꝛibꝰ apud viros ⁊ de
filijs apud patres: ꝙ in illis tãtũ debẽt
dñis ⁊ viris parentibuſq̃ eſſe ſubiecti q̄
cõtra dei mãdata nõ ſunt. Itẽ Auguſti-
nꝰ alibi donatiſtis ſcribẽs vt habetur in
c. iperatoꝛes. ea. ca. ⁊. q. ſic dicit. Impe-
ratoꝛes ſi i erroꝛe eẽnt: qđ abſit: ⁊ ꝓ erro
re cõtra veritatẽ leges darẽt: p quaſiu-
ſti ꝓbarentur ⁊ coꝛonarẽtur: nõ tñ faciẽ
dũ eſt qđ illi iubent: qꝛ deus ꝓhibet. Si
cut iuſſerat Nabuchodonoſoꝛ vt aurea
ſtatua adoꝛaretur qđ ſi facere noluerũt:
deo talia ꝓhibenti placuerũt. Inde Au
guſtinꝰ dicit nõ ſemp malũ eſt nõ obedi
re pcepto: cũ dñs iubet ea q̄ ſunt cõtra
ria deo: tũc ei obediẽdũ nõ eſt. habetur
in. c. nõ ſemp. ea. cã ⁊ q̃ſtiõe: vbi aliq̃ hiſ
ſilia videri poterunt. Ad pdicta adduci
põt illud qđ habetur Gen. 39. c. vbi int̃
cetera dr̃. Poſt mł'tos itaq̃ dies iniecit
dña ſua oculos ſuos Joſeph ⁊ ait. Doꝛ-
mi mecũ: q nequaq̃ acquieſcens operi
nephario dixit ad eã. Ecce dñs meꝰ oĩbꝰ
mihi traditis: ignoꝛat qd habeat in do-
mo ſua: nec qcq̃ eſt qđ nõ in mea ſit po
teſtate: vel nõ tradiderit mihi: pter te q̄
vxoꝛ es eiꝰ: quomodo ergo poſſum hoc
malũ facere: ⁊ peccare in dñʒ meũ: ergo
ꝯtra dñʒ nõ debet qs peccare etiã ad ſu
perioꝛis mãdatũ. Itē ſcribitur Daniel
3. c. Nabuchodonoſoꝛ tribus pueris di-
xit. vere ne ſidrac miſac ⁊ abdenago deos
meos nõ colitis: ⁊ ſtatuã aureã quã ꝯſti

Pape non ē data poteſtas peccãdi

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

UVA. BHSC. IyR_142_2

tui nõ adoꝛatis: nũc ergo ꝓſternite vos
⁊ adoꝛate ſtatuã quã feci: qḋ ſi nõ adoꝛa
ueritis: eadẽ hoꝛa mittemini in foꝛnacez
ignis ardẽtis. Reſpondẽtes ſidrac mi-
ſac ⁊ abdenago dixerunt regi nabucho-
donoſoꝛ. nõ opoꝛtet nos de hac re reſpõ
deri tibi: ecce enim deus noſter quẽ coli
mus poteſt eripere nos ḋ camiuo ignis
ardẽtis: ⁊ de manib⁹ tuis o rex liberare
Qḋ ſi noluerit: notũ ſit tibi o rex: q: de
os tuos nõ colim⁹ ⁊ ſtatuã aureã quam
erexiſti non adoꝛamus. Ecce mãdatum
ſuperioꝛis contemptum: quia ſine pecca
to obtemperari non poterat.

Exemplum.

Itẽ daniel.13. c. duo ſenes q iudicabant
iſrl accurrerunt ad Suſannã: ⁊ dixerũt:
aſſentire nobis: ⁊ cõmiſcere nobiſcũ: qḋ
ſi nolueris dicem⁹ ꝯtra te teſtimoniũ: ꝙ
fuerit tecũ iuuenis: ⁊ ob hãc cauſaz emi-
ſeris puellas a te. Ingemuit Suſanna ⁊
ait. Anguſtie ſũt mihi vndiqꝫ: ſi eni hoc
egero moꝛs mihi ẽ: ſi aũt nõ egero non
effugiã manus veſtras. Sꝫ meli⁹ ẽ mihi
abſqꝫ opere incidere man⁹ hominuz: qꝫ
peccare in ꝯſpectu domini. nõ ergo cuz
peccato ẽ parendũ ſuperioꝛi.

Exemplum.

Itẽ Exodi.1. ⁊ trãſumptiue iu.c. ſi q̃libꝫ
culpa.22.q.2. dixit rex egypti obſtetrici-
b⁹ hebreoꝝ p̃cipiẽs eis: qñ obſtetricabi-
tis ⁊ part⁹ tẽp⁹ aduenerit: ſi maſcul⁹ fue
rit iterficite eũ, ſi femina reſeruate. timu
erũt aũt obſtetrices deũ: ⁊ nõ fecerũt iu
xta p̃ceptũ regꝫ egypti: ſꝫ ꝯſeruabãt ma
res. Bñ ergo fecit de⁹ obſtetricib⁹.

Concluſio p̃dictoꝝ.

¶ Ex qb⁹ oibus pꝫ ꝙ ſi papa mãdat ali
qd ꝙ ſine pctõ fieri nõ põt: nõ ẽ ei obtẽ-
perãdũ. ita ꝯcludit Hoſtiẽ. in.c. ſignifica
uit. ḋ offi. oꝛ. j. cõ. ꝟ. ſꝫ qd ſi ſupioꝛ. quez
alij cõit ſequũtur ſignãter Abb. ſiculus
ibi ⁊ i.c. paſtoꝛal. §. q: vero. Ioh̃n. de offi.
ḋle. ⁊ in.c. cũ teneamur. ſi.co. ḋ p̃bẽ. Jo.
an. i.c. ad honoꝛẽ. ḋ aucto. ⁊ vſu. pa. i ꝟ.
plenitudinẽ dicẽs. ꝙ i pctõ ſi ḋ ſeipo liqͭt
nõ tenet aliqs pape obedire: nõ obſtãte
plenitudine poteſtatis q̃ ẽ i ipo. Idẽ vo
luit Hoſt. i.c. ꝓpoſuit. ḋ ꝯceſſi. p̃. ſeqt eũ
Abb. ibi ſi.co. dicẽs ꝙ oẽs tenemur obe
dire pape qcqd p̃cipiat: niſi ex obedien-
tia ſeq poſſit pctm̃. vñ ſi mãdatũ hereſiz

ꝯtinet: nõ ẽ obediẽdũ: q: tũc eſſet pctm̃
ſꝫ Inn. i.c. inqſitiõi. ḋ ſen. excõ. i ſi. quez
ſeqt ibi Abb. ⁊ i.c. vniuerſitatis. eo. ti. ⁊
i plurib⁹ alijs locis. Bñ facit. c. ſiqs eps

Exemplum.

11. q 3. vbi ſi eps aut abbas p̃ſbytero aut
monacho iuſſerit miſſas ꝓ hereticꝫ cãta
re: nõ licet: nõ expedit obedire eis. Idẽ

Exemplum.

Exemplum.

ſi mãdet religioſo aliqd qḋ repugnat re
gule ab eo ꝓfeſſe: nõ tenet relgiioſuſ obe
dire: q: iniuſtũ ẽ p̃ceptũ ⁊ pctm̃ ꝯtinet ſꝫ
Inn. i.c. ne ḋi eccliaz. i gl. 2. ḋ ſimonia. ni
ſi foꝛſã ex magna cã papa diſpẽſaret euz
religioſo. qḋ põt ſꝫ eũdẽ Inno. i.c. p̃ſby
teri. i ſi. p̄me gl. ḋ ſacramẽtꝫ nõ iterãdis
lati⁹ ꝑ Joã. an. i regl'a deo dedicatũ. ḋ re
gu. iu. li. 6. Inno. Abb. ⁊ alios i.c. cuz ad
monaſteriũ. ḋ ſtatu regu. ⁊ in.c. cũ oli. ḋ
cleri. ꝯiu. ⁊ i.c. rurſus q clerici vl' vouẽteſ
⁊ ꝑ plures alios quos referri nõ curo.

§.5. Nõ paretur pape mãdati ꝙ excõmunicatus non euitetur.

IDẽ ẽ ſi papa mãdat oꝛdinario ꝙ
abſoluat ab excõica
tiõe exp̃ſſa falſa cã ⁊ mandat oꝛdinario
ſuo ꝙ ipꝫ nõ euitet: põt eni eps nõ obtẽ
pare ⁊ eũ euitare. Maxie ſi ẽ caſus i quo
papa nõ põt diſpẽſare ita decidit Hoſti.
quẽ alij ſequunt p̃ſertiz Abb. i.c. ſignifi
cauit. ḋ offi. oꝛd. qm̃ ex quo ex falſa cã fu
it abſolut⁹. nõ videt abſolutiõz obtinuiſ
ſe. cũ ceſſante vl' nõ exiſtẽte cã: ceſſat ab
ſolutiõis effect⁹. c. cũ ceſſãte. ḋ appe. cuz
ſilib⁹ videt ꝓbari hoc in.c. lr̃as. de reſti.
ſpo. ⁊ i. d.c. iqſitiõi. ḋ ſen. ex. vbi ſi alt cõ
iugũ ſcit ꝓ certo mr̃imonij ipedimẽtũ:
qḋ tñ i foꝛo ꝯtẽtioſo ꝓbare nõ põt poti⁹
dꝫ excõionẽ ſupioꝛis ſuſtinere: ei⁹ mãda
to nõ parẽs: qꝫ ꝯ ꝯſciẽtiã ḋbitũ reddere
ꝯiugale. Si eni iiuſta ẽ ſnia: tãto qs cura
re eã nõ dꝫ q̃nto apḋ deũ ⁊ ei⁹ eccliaz ne
minẽ põt grauare in q̃ ſnia. ita ea ſe non
abſolui ḋſideret: q̃ ſe nl'laten⁹ pcipit obli
gatũ vt. c. ſi qs eps. 11. q. 3. Ex qb⁹ iurib⁹
ſumit doctria ſinglarꝫ ꝙ etiã ſi ei ſoli cui
mãdatũ pape dirigit: notũ ſit mãdatuz
ꝟitatẽ nõ ꝯtinere: ⁊ ex ei⁹ obſuãtia pec
catũ reſultare: nõ ẽ aliquo mõ parẽdũ.

§.6. Quando papa mãdat ꝓuideri indigno.

IDẽ dicẽdũ ſi papa mãdat ꝓuideri ali
cui notoꝛie idigno ḋ aliquo bñefi
cio. maxie ſi tãta ẽ idignitas ꝙ ſine pctõ
ꝑeri nõ põt; nõ ẽ ei obtẽꝑãdũ ſꝫ Abb.

UVA. BHSC. IyR_142_2

i.d.c,ſignificauit.de offi.oꝛdi.⁊ i.c.ſi qñ
de reſcrip.⁊ i.c,cũ adeo.eo,ti,fuit de mẽ
te Jo.an. vtrobiqꝫ: dignis eni ſunt cõfe
rẽda bñficia:nõ aũt idignis,tex. cũ glo.
i.c,cũ te.ꝺ eta,⁊ q̃li,Ex quo dicebat Ho
ſti.i.c.graue.ꝺ p̃bẽ.ꝙ vbi clerici repiunt
indigni tãta indignitate ꝙ ſine pctõ nõ
põt eis ꝓuideri:meliꝰ ẽ paucis dignis vl'
vni tãtũ multas eccl'ias cõferre:ꝙ̃ mul-
tis indignis plures cõcedere.ꝺ quo etiã
p Abb.ſiculũ in.c.j.ꝓpe finẽ.ꝺ re iudi.
aliqd p eũ in.c.fi,de p̃ſump.

§.7.
Quando papa ſcribat ꝓ intruſo.

Idem ſi papa ſcribat pꝛo intruſo nã tũc nõ eſt ei leua
to bello obediẽdũ vt notãter dicit Bal.i
ꝓhemio Gregoꝛij.4.cõ.℣.dicit collecta
riꝰ,Sicut eni nõ ẽ obediẽdũ itruſo:q nõ
ẽ ꝯſecutꝰ legittime iperiũ vt dicit Archi.
i.c,qd culpat.23.q.j.in ℣.legittimo: ſic
qñ ſcribit ꝓ itruſo,ſ̃m eũ: quoniã adeſt
legittima cauſa nõ obtẽperãdi. Vñ do-
ctoꝛes i.d.c,q reſiſtit.11.q.3.ſignãter ma
giſter Petrus mediolanenſis: exponen
tes illã auctoꝛitatem dicunt.qui reſiſtit
ſ.iniuſte.iuſte ergo ⁊ ex iuſta cauſa reſiſti
poteſt ſupioꝛis mãdato Ex quo dicebat
ibi Archi,ꝙ in executionibꝰ criminaliũ
cauſaꝝ ſi ſciret executoꝛ quẽpiã iiuſte dã
natũ:nõ eſt ei cõſulẽdũ ꝙ in pſonã ꝯdẽ
nati penã iponeret.faciũt notata in.c.pa
ſtoꝛal'.§.qꝛ vero, de offi,dele.vbi ẽ glo,
ſingu.pmitit eni p̃nceps ꝙ in cauſis cri
minalibꝰ executio differat p aliquot di-
es.vt ẽ textꝰ valde notandus in.l.ſi vin
dicari.C.de penis,⁊ p̃ſerti qñ mãdatũ ẽ
illicitũ:vt ꝓbat i.l.totiẽs.ff.de policita.
vbi ſi res publica neceſſitatem ipoſuerit
ſtatuaꝝ pꝛincipi ponẽdaꝝ q nõ ꝓmiſit:
nõ ẽ neceſſe ei parere. Ex quo infert ibi
glo.ꝙ reſiſcit magiſtratui i illicitis, Ad
idẽ facit.l. oẽs iudices.C, de decurio.li.
x.vbi impatoꝛ loq̃ns de decurioꝛibꝰ toꝛ
quẽdis dicit:officiũ qnq̃ginta librarum
auri multã fiſco cogit iferre iudex q̃ ꝺcu
rionẽ toꝛq̃t ⁊ ceteri officiales q ei nõ reſi
ſtũt qbꝰ ꝯtradicẽdi dat facultas.põt er-
go iudex vl' officialis ſupioꝛi reſiſtere ſ̃m
glo.ibi facit.l,ꝓhibitũ.C,ꝺ iure fiſci,eo.

Executio in criminalibꝰ differtur ex cauſa.

li.⁊ i,l.euidẽter.C,ꝺ excu.mu,eo.li. Ad
idẽ auct. vt litigãtes iurẽt.§,⁊ hoc quo
qꝫ.coll'.9.q̃ diſponit cõtra exigẽtes ſpoꝛ-
tulas imoderataſ vt poſſit eis reſiſti.Ad
idem.§.qñ vero.i auct.vt nulli iudicũ.
coll'.9.vbi loquit de ſubditis; ꝙ ex iuſta
cauſa nõ tenent ſupioꝛi obtẽperare. po-
terit ergo i executiõe mãdati ſupſedere
ſi iuſta ſubeſt cauſa:⁊ expectare ſecundã
iuſſionẽ vt ẽ caſus notãdus cuꝫ glo,in,l.
punire.C.ſi cõ.iuſ,vl' vti.pu.canonizata
25.q.2.§.puniri.vbi pmittit iudicibꝰ qui
bꝰ mãdatũ ipatoꝛis dirigit ſupſedere in
executiõe ſi ꝯtra reſcriptũ falſitas allege
tur:imo puniunt iudices hoc nõ facien-
tes vt ibi dr̃.Ex quo arguit ibi gl.ꝯtra p̃
latos idiſtincte parẽtes ⁊ obtẽpãtes lr̃iſ
⁊ mãdatis pape. Nõ ergo inquit timeãt
miſeri p̃lati ſi veritatẽ ſeq̃nt.cũ deo ⁊ pa
pe p hoc placeãt.vt.l.fi.i fine.C.ꝺ appe.
vt eni alias q̃dã in ſermone tacite excipi
unt.ff.ꝺ ſeruitu.l.ſicui. Sic ⁊ hic veritas
tacita.ꝓ exp̃ſſa habet: vt ſ̃m eã ꝓcedat
l.ij.C. de p̃ci.impe.offe. Concoꝛdat tex.
cũ glo.i auct.ꝺ mãdatis p̃ncipũ.§. dein
de.℣ſiculo. nũciãs. coll'.3. vbi dr̃ ꝙ ſi in
mãdato p̃ncipis aliqd cõtinet cõtra ius
vel vtilitatẽ publicã:nõ dꝫ adimpleri: ſꝫ
p̃ncipi nũciari ⁊ expectari ſcd̃a iuſſio.qꝺ
inducit ibi glo. ꝯtra miſeros p̃latos q ti
mẽt intãtũ lr̃as dñi pape:vt nõ audeãt
reclamare:qꝺ facere nõ debent.vt ibi ⁊ i
auct.vt nulli iudicũ.§.⁊ hec ℣o iubemꝰ
⁊ in.l.⁊ ſi nõ cognitio.C. ſi cõ.ius vl' vti.
pu.canonizata,25.q.2.vbi dr̃ ꝙ lꝫ nõ co-
gnitio:ſꝫ executio demãdet; ꝺ veritate p̃
cũ ingri opoꝛtet. ⁊ ſi fraus iteruenerit:ꝺ
oi negocio cognoſcat ad hoc bonꝰ tex.⁊
ibi notata p glo.⁊ doctoꝛes in.c.fi. de p̃-
ſũptio. Fortiꝰ dicit tex. cũ glo.i.c.paſtoꝛa
lis. ꝺ fide iſtru. ꝙ ſi iudex videt aliquã
ꝺcretalẽ iuri cõi ꝯtrariã ſ̃m ipaꝫ nõ iudi
cet:ſꝫ ſuperioꝛẽ ꝯſulat ſup eã; dicit glo.⁊
interi ſupſedeat cauſe.ar.c.lꝫ.de offi.le.⁊
C.ꝺ rela.l.j.⁊.ij. Maxime qñ ꝺcretalis
vel mãdatũ pape eẽt ꝯtra ius naturale:
p qꝺ ſine cauſa dominia reꝝ de vno trãſ
ferunt in aliũ; nõ eẽt ſeruãdũ etiã i foꝛo

Executio ex cauſa poteſt executionẽ differre.

Contra miſeros pꝛelatos

De mãdato principis iniuſto.

Executoꝛ poteſt cognoſcere de veritate precũ.

An iudex tenetur iudicare ſ̃m legem impoſitã.

UVA. BHSC. IyR_142_2

iudiciali. ſm Inno.i.c. q̄ in eccliaꝝ. ꝺ cō
ſti.⁊ in.c.q: plerigꝫ.de immuni.eccl'. Ad
hoc.l.reſcripta.C.de pci.impa.offe.vbi
dr̄ ꝙ reſcripta ꝯtra ius elicita. ab oibus
iudicib⁹ refutari debēt.niſi forte aliū nō
ledā ⁊ petēti ꝓſint: vel crimē ſupplicāti
idulgeāt. canonizatur.25.q.2. reſcripta.
Ex quo infer ibi archi.ꝙ vbi preceptum

Quando p̄ceptuꝫ pape multum nocet expectanda eſt ſecūda iuſſio.

pape paꝝ aut nihil nocet: obediēdū ē: ſe
cus vbi multū: nā tūc ſpectabit ſecunda
iuſſio. Idē dicit Bal.in.l.acceptaꝫ. in fi.
C.de vſuris.dicēs.ꝙ ſtatutū lꝫ durā cō
tineat obſeruātiā: ſeruādū ē.l. proſpexit

De mādato pape iniuſto.

ff. q ⁊ a qb⁹.ſec⁹ dicit i mādato pape: q:
nō intelligit velle facere alicui iniuſticiā.
c.ſi clientulus.§.ſi diuerſum. de aliena.
feu.coll'.io.vbi tex.elegāter dicit.Eccle
ſia cultrix ⁊ matrix iuſticie: non patitur
contra iuſticiam aliquid fieri in ſe vel in
alterum priuatū. Unde officialis vel is
cui aliquid papa vel princeps mandat p
lr̄as ſuas ſiquidē iniuſtū ē: pōt nō pare
re ⁊ p̄ncipi reſcribere: ⁊ ſecūdaꝫ ſpectare
iuſſionē vt colligit ex p̄dictis a qb⁹ ema
nauit.c.ſi qñ.de reſcriptis.vbi lr̄a dicit.

Nota illum textum.

Si qñ aliq̄ tue fraternitati dirigim⁹ que
animū tuum exaſperare videtur: turba
ri nō debes ⁊ infra.q̄litatē negocij p quo
tibi ſcribit diligēter ꝯſiderās: aut māda
tū noſtrū reuerēter adimpleas: aut p lit
teras tuas q̄re adimplere nō poſſis rō
nabilē cauſaꝫ p̄tēdas: q: patiēter ſuſtine
bim⁹ ſi nō feceris qđ praua nobis fuerit
inſinuatiōe ſuggeſtū. ⁊ ita ē ibi caſus ſin
gularis ꝙ vbi reſcriptū pape p̄ncipis vl'
ſupioris deuiat ab honeſtate vel iuſticia
nō tenet ſubdit⁹ imediate parere: ſꝫ pōt
allegare cauſaꝫ q̄re parere nō dꝫ: ⁊ inte
rim ſupſedet vt ibi colligit. ⁊ tenet glo.i
c.p̄ceptis,12.di.Et inde ē ꝙ ſi impetrās

Quando impetrās tacuit beneficiuꝫ qđ habebat.

lr̄as ad beneficiū etiā tenue: tacuit digni
tatē quā hꝫ: ſimplici noīe ſe apellās: non
ē talib⁹ lr̄is parēdū q: nō ē intētionis ro
mani pōtificis vt pſone plurib⁹ redditi
b⁹ habūdātes: p lr̄as ſuas paupes cleri
cos ſup minorib⁹ beneficijs inquietent.
q̄propter lr̄as in qb⁹ actor ſue nomē ſup
primit dignitatis vires nō vult obtinere

c.ad aures.de reſcriptis.ꝯcordat.c.cum
adeo.eo.ti.vbi lr̄e ſup bn̄ficijs ipetrate:
niſi de beneficio qđ hꝫ ipetrās faciat mē
tionē.nō valēt.Ad idē.c.cū teneamur.ꝺ
prebē.vbi lr̄a dicit.Si mādatum ſup ali
cui⁹ ꝓuiſiōe receperis q aliud beneficiū

Nota illum textum.

habeat: de quo valeat cōmode ſuſtētari
niſi forte i lr̄is ip̄is de hoc mētio habet:
aut ſi nō pōt ei ſine ſcādalo ꝓuideri: eq̄
nimiter ſuſtinebim⁹: ſi ꝓ eo mādatū no
ſtrū nō duxeris exequēdū.vnde colligit
ibi glo.fi.ꝙ mādatū ſupiorꝫ nō ē neceſſe
adimpleri: vbi rō nō adimplēdi pōt red
di. Nec peccat qs nō adiplēdo: cū legis
auctoritate hoc faciat.l.grac⁹.C. de ad
ul.c.q peccat. xxiij.q.iiij. Et ꝯſequenter

Nota bene ad ꝓpoſitū.

nō videt mādatū ſupioris ꝯtēnere: nec
penā vel cēſuras in eo ꝯtētas incurrere.
Nā iuſta cauſa cōtradictionis ſuſpendit
effectū ſn̄ie.ita notāter voluit dn̄s Car
dinalis florētin⁹ in.d.c. ſi qñ. Ex quo i
facto tali ꝯſuluit. Urbanus ſext⁹ ſcripſit
ep̄o florētino vt certos ꝓceſſus per ip̄m
Urbanū factos ꝯtra dn̄m Carolū regē
hieruſalē ⁊ ſicilie publicaret: ⁊ hoc p̄cipi
ebat ſub grauiſſimis penis ⁊ cēſuris q̄s
ferebat i nō parētē dubitabat ꝺ grauiſſi
mo ſcādalo ppl'i florētini ſi publicarent.
Aliq periti cōſulebāt ep̄o ꝙ publicaret:
ip̄e vero cardinalis ꝯſuluit ꝯtrariū.im
mo ꝙ differret ⁊ ſpectaret ſecūdā iuſſio
nē per textū i.d.c.ſi qñ.⁊.d.auct. vt nul
li iudicū.§. ⁊ hoc vero iubem⁹.qđ dicit
fore notādū: q: p hoc euitatur plura in
cōueniētia q̄ acciderēt: indiſtincte parē
do ſm eū. Ex q̄ deciſiōe elicit vna cōclu

Nota.

ſio ſingularis ⁊ ad ꝓpoſitū de quo agit
valde accōmodata.ꝙ ſi papa aliqđ p̄ci
pit fieri vel obſeruari ſub pena excōica
tiōis: quā ex tūc ꝓfert ꝯtra nō obediētes
vl' obtēperātes: vt cēſurā ip̄o facto icur
rāt: certe ſi ex mādati executiōe timetur
ſcādaluꝫ vel alia mala futura: vel aliter
dubitat ꝺ mēte p̄ncipis: licite ſine metu
excōicatiōis mādatari⁹ differre pōt ⁊ pa
pe reſcribere: ſecūdāqꝫ iuſſionē expecta
re: cū hoc faciat auctoritate iuriū p̄dicto
rū: ita firmat dn̄s Abbas i.d.c.ſi qñ.de

UVA. BHSC. IyR_142_2

Nota.

dño Cardinali nullā mentionē faciens.
Hoc idē fuit de mēte Petri ō ancha. ꝯſi
lio.241. incipiēte p p̄dicta. vbi conſuluit
nō eſſe obtēperādū mādato pape; p qḋ
mādabat cuidā moniali vt ad p̄mū redi
ret mōaſteriū a quo legittimi ⁊ cū ei⁹ au
ctoritate fuerat egreſſa ſub grauiſſimis
penis ⁊ cēſuris. ⁊ ſubdit ꝙ nō obtēperā
do excōionē nullaten⁹ icurrit qm̄ clauſu
la ſi p̄ces veritate nitantur; q̄ i quolibet
reſcripto ſubintelligit: lȝ nō apponat. c.
2. ō reſcrip. ⁊. l. vniuerſa canonizata. 25. q.
2. §. vniuerſa. ſuſpēdit effectū excōiōis
ſicut cuiuſlibet diſpoſitiōis; vt notat in
c. p̄terea. de appe. ⁊ i. l. itē q̄. ff. ō pactis.
q̄ deciſio ē famoſa ⁊ lr̄is aureis ſcriben=
da ⁊ apud modernos i magno habetur
cultu. ad excuſandū eos q mādatis apo
ſtolicis ex cauſa nō obtēperāt; vt p hoc
nō incurrant cēſuras vel penas in man
dato contētas.

§. 8. Reges nr̄i ſunt patroni eccleſiarū cathedralium.

Nunc ad propoſitum in ca
ſu de quo agit, iuſta imo iuſtiſſima cauſa
nō obtēperādi ſubeſt qm̄ notiſſimuȝ eſt
pape; ⁊ pene toti xp̄ianitati; ꝙ reges hi=
ſpani maximis laborib⁹ ⁊ expēſis regna
iſta a faucibus inimicoꝝ eruerūt. Quā=
obrē i tp̄alib⁹ ſuperiorē nō recognoſcūt
vt dicit gl. i. c. adrian⁹. 93. di. ⁊ i. c. ⁊ ſi ne
ceſſe. ō dona. int vir ⁊ vxo. nota i. c. p ve
nerabilē. q filij ſūt legitti. habet p̄ma p=
tita. ti. 5. l. 18. p̄mi qdē gothorum reges
athanaric⁹ vel ſm alios alaricus a qui=
b⁹ catholici reges nr̄i indubitatā trahūt
originē ex grata honorij imperatoris hi
ſpani ꝯceſſiōe hiſpanias viriliter egreſſi
ſunt. ⁊ euādalos ſueuoſq; eas tunc tp̄is
tiranice ⁊ ꝯtra impatores volūtatē occu
patas forti debellarunt animo; eoſq; ab
hiſpanijs expulerūt; ⁊ i affricam fugere
coegerūt. ⁊ ex tūc poſtq̄ hiſpanicam mo
narchiaȝ adepti ſunt vſq; ad tp̄a nr̄a; eo
dūtaxat excepto. miſerabili ⁊ lamētabili
tp̄e quo ſarraceni hiſpaniam inuaſerūt:
abſq; alteri⁹ gētis intermixtiōe. (Nō ſi
i paucis regnis cōpertū ē) reges gothi
regnauerūt; ⁊ i ſempiterna ſecula regna
būt. Itaq; regna nr̄a nec trāſierunt nec
trāſeūt ſicut cetera de gēte in gētē; eo ꝙ
iuſte ⁊ nō tirānice initiū ex p̄dicta Hono
rij ꝯceſſiōe habuerūt. Tūc vero ꝯſtruxe
rūt ſacra tēpla ⁊ eccl'ias vbi diuina officia
celebrarent; dotē eis ꝯſtituerūt ornamē
ta plurima miniſtrarunt; ex quo ius pa=
tronatus in eiſdē eccleſijs p̄ſertim cathe
dralib⁹ acqſierūt; ⁊ ſpālitér ſibi reſerua
rūt. qḋ ō iure facere potuerūt. c. nobis. ⁊
c. p̄terea. ō iure patro. c. eleuterius. 18. q.
2. c. frigētius. 16. q. 7. ⁊. c. pie mentis. ⁊. c.
fili⁹. ⁊. c. monaſteriū. ⁊ tranſit hoc ius in
ſuceſſores in regno. Qm̄ qn̄ rex fundat
eccl'ias ⁊ dotat de bonis regni; ſucceſſor
i regno nō poterit reuocare illā donatio
nē; niſi regnuȝ ex hoc enormiter lederet
iuxta notata in. c. intellecto. de iure iurā.
ita notāter dicit ſpecu. ti. ō inſtru. edi. §.
nūc aūt. in fi. ſicut ergo ad eū tranſit hoc
ius approbādi vel nō ꝯtradicēdi tali do
tationi de reb⁹ regni facte eodē mō trāſi
re debet ius patronatus ex tali dotatiōe
acqſitū; q: ex quo honerat i vno dȝ ho=
norari i reliquo. ar. l. ab eo. C. ō fideicō.
cū ſilib⁹. Hn̄t ergo reges hiſpani ius pa
tronat⁹ in eccleſijs cathedalib⁹ regnoꝝ
ſuoꝝ. ſm Archi. i. c. lectis. 63. di. ⁊ Bal. i
ꝓhemio decretaliū i. §. rex pacificus. 4.
cō. ⁊ i. c. qnto. i fi. ō iudi. qḋ Bal. dicit eē
bn̄ notādū. ſequit paris ō puteo i tracta
tu ſindicat⁹ charta. 28. fi. cō. i. p̄n. Cōme
morat lex regni nr̄i quā edidit rex Enri
cus. 4. i ocaña. ⁊ repetūt xp̄ianiſſimi re=
ges noſtri in curijs de madrigal. Anno
1476. vbi inter alia dr̄; ꝙ mortuo prelato
cathedralis eccl'ie; nō ē ꝓcedēdū ad ele
ctionē; niſi p̄us mors regi nūciet. Prela
t⁹ aūt elect⁹ cōfirmat⁹ ⁊ ꝯſecrat⁹; nō dȝ
adminiſtrare; donec pſonalit regi faciat
reuerētiā. vt ibi ⁊ i. l. fi. ordinatiōis ō Al
cala; quā edidit rex Alfonſus. Si vero
tp̄e mortis prelati rex fuiſſet abſens a re
gno ex cauſa pegrinatiōis vel al's. Tūc
mors p̄lati nūciari dȝ vicē regis tenenti;
eiuſq; ꝯſenſus reqrēdus ē vt notāter de
cidit Archi. i. c. reatina eccl'ia. 63. di. ſeq
tur Paulus de liazarijs i. d. c. nobis. ō

Reges hyſpani eccleſias conſtruxerūt ⁊ dotarūt ex quo ius patronatus acquiſiuerūt.

Ius patronatus regis trāſit in ſucceſſores.

Reges hyſpani habēt ius patronatus in eccleſijs cathedralibus.

Prelat⁹ regi ōbet reuerentiā facere ante adminiſtrationē.

Vel pro regi de pro rege.

UVA. BHSC. IyR_142_2

iu.patro.in repetitiōe Bal. in.c. cū ꝯſue tudinis.ꝺ ꝯſue. Angelus in.l. adoptio. 2.cō.in.fi.ff.de adopti. ⁊ multi alij quos referre non curo.

§.9.
In electionibus ꝑlatorū regis conſenſus erat neceſſarius.

**Hec aliquādiu** obſ̃uata fuere qñ per viaȝ electiōis eccleſijs ꝓuidebaƭ de ꝑlato: ⁊ merito cū etiā ī veteri teſtamēto aliqñ repiamꝰ ꝙ ī ſacerdotum ꝓmotiōe ⁊ ꝓuiſiōe ṕnceps populi īteruenīebat: vt habeƭ Macha. 4.c. vbi iudas Machabeoꝝ dux elegit ſacerdotes q purgarēt ſcā ſcōꝝ. qꝺ videtur iuri ⁊ ratiōi ꝯſentaneū. Iuri qdē nā ī ṕmitiua eccľia īpatori fuit data ꝑ papā poteſtas ligādi romanū pōtificē vt hƭ̃ ī c.adrianꝰ. ⁊ in.c.in ſinodo.63.di. ⁊.16.q. 1.c.hinc ē. tradūt Hoſti. ⁊ Io.an. ⁊ alij ī c.dilecto.de teſti. Hēricꝰ Antoniꝰ ⁊ Abbas ſiculus in.c.ꝑterea.i. de iure patro. Io.an.Anto. ⁊ alij i.c.nobis.eo.ti. Anto. Abbas ⁊ Io.de imo.i.c. dilectꝰ.el.3. de ꝑbē.bona glo.in.c.laicis.16.q.7. Archi.i.c.hortamur.71.di. Et hoc ita factū extitit qm̄ eccľia tūc tpis ab hereticis ⁊ ſciſmaticis ꝯcuſſa; aliqñ in magno diſcrimine ꝑiclitabaƭ: tribuebaƭ ergo pontificis electio catholicis ṕncipibus: vt eorū auctoritate eccľia roborata: hereticoꝝ ⁊ ſciſmaticoꝝ inſultꝰ repmeret vt in.§.ṕncipibꝰ. ea.di. Poſtea aūt Ludouicꝰ īpator hāc facultatē romano pplo ꝯceſſit ⁊ ī eū trāſtulit: vt i.c. ego ludouicꝰ.ea.di. Demū ijdē īpatores religioſo mētȝ effectu ꝑfatis ṕuilegijs ſibi cōceſſis ſup dicta electiōe ꝑ eos faciēda ex toto renūciauerūt: vt habeƭ in.§.poſtremo. ea.di. poſt hec autē auctoritate Nicolai pape ē inductū: vt electio romani pōtificis nō a cardinalibꝰ tm̄: veꝝ etiā ab alijs religioſis clericis ī idē ꝯueniētibꝰ fieret. vt ī.§. ex hijs.ea.di. ⁊.c.1.78.diſt. nouiſſime vero auctoritate ꝯciliorꝝ data ē facultas eligēdi romanū pōtificē ſolis eccľie romāe cardinalibꝰ: vt patet ī.c.lȝ ꝺ vitāda.ꝺ electiōe. ⁊ ī.c. vbi ꝑiculū.eo.ti.li.6. ⁊ ī cle.ne romāi.eo.ti. olī regis aſſenſus reqrebaƭ ī electiōibꝰ ꝑlatorꝝ. ⁊ ſilr ī alijs īferioribꝰ aliqñ fuit obſeruatū vt ꝓbaƭ ī.d.c.lectis

Electio pape a quibꝰ olim fiebat.

63.di. vbi ſtephanꝰ papa noluit ꝯfirmare electionē epī electi in reatina eccľia: niſi ṕus videret epľaȝ īpatoris. Ad idē.c. reatina. ⁊.c.nobis. ⁊.c.ṕncipali. vbi īpator ꝑſentauit in eccľia reatina. Ad idē.c. cū lōge.ea.di. vbi in cōcilio Toletano inter alia diciƭ ꝙ placuit oībꝰ pōtificibus hiſpanie atꝗ gallacie; vt ſaluo ṕuilegio vniuſcuiuſꝗ ꝓuincie licitum maneat deinceps Toletano pontifici quoſcūꝗ regalis poteſtas elegerit: ⁊ iaȝ dicti Toletani epiſcopi iudiciū dignos eſſe ꝓbauerit: in quibuſlibet ꝓuintijs ⁊ in ꝑcedentiū ſedibus preficere preſulis ⁊ decedentū epīs eligere ſucceſſores; ecce quomodo in electiōibꝰ ꝑlatorꝝ hiſpanie interueniebat regis conſenſus; imo ipē rex eligebat; ⁊ epīs Toletanus conſecrabat ⁊ confirmabat: vt ibi probatur ⁊ declarat glo.in ꝟ.epiſcopis. Ad idem.c. cum inter vniuerſas. de electio. ibi vice regia poſtuletis aſſenſum. ⁊.c.cū terra. eo.ti. ibi nō ꝓhibemus quin regis ſeu patriarche qui ꝓ tpe fuerit requiraƭ aſſenſus. ⁊ in.c.īnotuit.eo.ti. ibi faciebat ad idē nō modicum cōcors capľi vigorīmēſis electio; petitio pplī aſſenſus principis. Ad idē.c.qꝺ ſicut.eo.ti.poſt ṕn. ibi cuȝ in eo nihil attētatū fuerit in ꝑiudiciū regie dignitatis. Ad idē.c.cū inter. de ꝯſuetu.in parte deciſa. vbi dicebaƭ: ꝙ reges ꝯferebāt decanatꝰ. ita dicit glo.in.c. imperiū. 10.di. ⁊ ibi Archi.ē bonꝰ tex.in ꝑallegato.c.dilectus.3.de ꝑbē. vbi decanꝰ ex donatiōe regis ꝑbēdaꝝ collationem habebat. Imperator etiā habet priuilegiū: ꝙ in qualibet eccleſia Alemanie poſſit facere vnū recipi; ꝓut ꝯtineƭ in priuilegio qꝺ ſpeculator in ti.de ꝑbē.in fi. dicit ſe viſſe bullatū. vt etiā refert Albericꝰ in.l. bene a zenone.C.ꝺ q̃drienā ꝑſcript. ꝟ.ſȝ an imperator poſſit ꝯferre beneficia. qui pulchre loquiƭ. ⁊ prepoſitus in.c.imperium.in fi.eo.ti. Per qꝺ quidē priuilegiuȝ imperator dat poteſtatē faciendi recipi. vñ ſolēt tales dici recepti ad primarias ꝑces impatorias: vt declarat ibi Io.an. ⁊ in.c.is cui. de ꝑbē.lib.6. idē priuilegiū

b

UVA. BHSC. IyR_142_2

Rex francie — dr̄ hr̄e rex frācie. ⁊ ſentit ſpecu. i ti. ne ſe-
de vacāte. dicēs: ꝙ illuſtris rex frācie cō
fert ꝓbēdas i eccl'ia carnotēſi. Idē ſentit
ſpecu. in ti. ꝺ legato. §. nūc tractemꝰ. ꝟ.
ſed nūquid legatꝰ. vbi dicit: ꝙ cū Nico-
laꝰ papa vellet ꝯferre ꝓbēdā quā ipe āte
ſuā ꝓmotionē i eccl'ia Lugdonēſi habu
erat: rex frācie dicēs collationē ipiꝰ ꝓbē
de ad ſe ꝑtinere. Alij ꝺ facto ꝯtulit illaꝫ.
hec ille. Rex eni frātie ⁊ Anglie vēdicāt
Rex Anglie. — ſibi i qbuſdā eccleſijs cathedralibꝰ ſuoꝝ
regnoꝝ collationē beneficioꝝ ⁊ ꝓbēdaꝝ
ſede vacāte: exceptis parrochialibꝰ; que
ꝓpter curā aiaꝝ nō cadūt i regalia ⁊ illo
etiā tpe dictaꝝ eccleſiaꝝ tpalia recipiūt
⁊ ſibi appropriāt: iuxta moderationē de
q̄ in. c. generali. de electi. li. 6. vbi p Dñi-
cū ⁊ alios habet etiā in q̈dā ꝯſtitutione
edita p Philipū pulchrū frācoꝝ regem
Anno dñi. 1302. poſtea vero Lodouicus
vndecimus Anno dñi. 1464. declarauit
cognitionē deciſionē ⁊ determinationē
collationi bñficioꝝ vacātiū ⁊ vacaturoꝝ
⁊ q̄ eatenꝰ vacarāt i regalia: p eū ⁊ ſuos
ꝓdeceſſores factuꝝ: ſibi ⁊ curie ſue parla
mēti ⁊ eoꝝ alteri ꝑtinere. Et etiā bñfici
oꝝ p eum aut eiꝰ anteceſſores pleno iure
ꝯferri ſolitoꝝ ⁊ collatoꝝ: ſibi ⁊ ſuis iudici
bꝰ: ⁊ nō alteri cognitionē ⁊ deciſionē ꝑti
nere. abſqꝫ eo ꝙ aliꝰ iudex eccleſiaſticꝰ vl'
tpalis ſe debeat ꝺ ipis intromittere: nec
in petitorio nec i poſſeſſorio agnoſcere:
vt ex illius tpis annalibus patet ⁊ refert
Stephanus anffren. in repetiōe. cle. j. ꝺ
offi. ordi. folio. 27. cō. 4. Ex qbꝰ patet ꝙ
iſtꝺ ius cōpetit ab antiquo ipi regi. ⁊ cō-
ſequenter videt de iure ſatis poſſe ſuſti-
neri. ſup quo tñ ⁊ ſup iure ꝯferēdi bene-
ficia ſeu bñficioꝝ collationē oli fuit ma-
gna altercatio inter Bonifaciū. viij. ⁊ me
moratū philipū. Que tādē fuit p ſupra
ſcriptū papā ſopita: vt habet in extraua
Rex Anglie rex vngarie. — gante q̄ incipit. Sixtꝰ eps ⁊c. ad futuram
rei memoriā. De rege autē anglie ⁊ rege
vngarie ꝙ ꝯferūt in ſuis regnis ꝓbēdas
ex priuilegio pape firmat Bal. in. l. reſcri
pta. C. de ꝓcibꝰ ipa. offe. cō. pe. ꝟ. itē cō-
Rex Apulie. — mittit. Itē rex apulie ex priuilegio pape

hꝫ inueſtituras bñficioꝝ. ita dicit glo. no
ta. 16. q. 7. in ſūma. itaqꝫ ē cōcluſio cōis. ⁊
indubitata ꝙ principes ſcl'ares pñt hr̄e
ius ꝯferēdi bñficia: vt patet ex iaꝫ dictis:
⁊ tenet Inn. quē alij ſequunt i ꝓallegato
c. ꝙ ſicut ꝺ electi. in ꝓn. in. ꝟ. nominatio
⁊ ibi Jo. an. Antonius ⁊ Abbas. ⁊ alij.
Jo. an. Anchara. Dñicus. ⁊ alij. in. c. 2.
de ꝓbē. li. 6. Anto. i. c. i nr̄a. de reſcript. ⁊
in. c. maſſana. de elect. ⁊ in. c. quāto de iu
di. Jo. de imo. in. c. ꝙ in dubijs. in. j. no-
tabili. de renuntiatione. ⁊ in. c. ad ſuppli
cationē. 4. nota. eo. ti. Abbas in. c. dile-
ctꝰ. de offi. lega. Ancha. in cle. p lr̄as. ꝺ
ꝓbē. Jo. an. i ſpecu. ti. ꝺ ꝓbē. §. pe. Quin
imo rex frācie hꝫ canonicatū in pluribꝰ — Rex francie
eccl'ijs ſui regni ſic̄ i eccl'ia ſci martini tu
roneñ. ⁊ ſci hilarij pictanēſis ſm Abb.
ſiculū i. c. extirpāde. de ꝓbē. §. qꝛ vero. i
repetitiōe. Rex etiā hiſpanie ⁊ marchio — Rex Hiſpanie.
aſtoriceñ. dicunt hr̄e canonicatus in ec-
cleſia legionēſi. iſta aūt iura poterūt ꝓn-
cipibꝰ ſcl'aribus cōpetere ex eccl'aꝝ fun-
datiōe ⁊ dotatiōe vt ſupra dictū ē: vel ex
cōpoſitiōe facta in ipa fundatione ⁊ bene — Cauſe ex qbꝰ reges poſſūt hr̄e ius circa beneficia conferenda.
ficioꝝ dotatiōe: ſicut videmus in preben
dis eccl'ie collegiate ville noue ꝓpe Aui
nioneñ. q̄s rex frācie confert ⁊ eius curia
parlamēti de ipſarum petitorio cogno-
ſcit. facit. c. eleuterꝰ. 18. q. 2. ⁊. c. nobis. ꝺ
iure pa. dūmodo per romanum pontifi
cem talis compoſitio fuerit approbata:
ſicut cōtingit in eccleſijs regni Granate:
in quibus rex hiſpanie habet ius patro-
natus in eccleſijs dignitatibus ⁊ bene-
ficijs: ex conuentione a principio facta ⁊
per papam confirmata: quam ego vidi
vl' poſſunt competere principibꝰ chriſti
anis ex preſcriptiōe ſeu conſuetudine:
cuius memoria nō exiſtat in contrarium
que tātum operatur quantuꝫ priuilegi-
um. l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aq̄
quotti. ⁊ eſtiua. c. ſuper quibuſdā. §. pre
terea. de verboruꝫ ſigni. maxime ſi cum
conſuetudine tanti temporis concurre-
ret fama priuilegij. naꝫ tunc preſumere-
tur ꝓ priuilegio: ⁊ ſufficeret ſm Jo. an.
in. c. cum apl'ica. de his q̄ fiunt a prelato.

UVA. BHSC. IyR_142_2

Quē oēs ibi ſequunꝉ. ⁊ Dñicus ⁊ alij in
c.2.§.ſane.de dicimis.li.6.vñ in tali an-
tiquo iure ⁊ ꝯſuetudine regibꝰ defferē-
dū ē ſm Jo.an.in ſpecu.ti.de ꝑbē.ad fi.
⁊ pleniꝰ in.d.c.2.de ꝑbē.li.6. ꝑſertim cū
talē cōſuetudinē papa ſcit ⁊ tollerat ꝑ ea
q̄ dicta ſunt. q̄ ſatis ꝑſupponūt ꝯſenſum
ꝑncipis i electionibꝰ ꝓlatoꝝ fore neceſſa
riū. Et nō qdē ab re qm̄ intereſt ꝑncipis
Quomodo intereſt regis i prelatoꝝ electione.
ne eligaꝉ aliqs qui poſſit reuelare ſecre-
ta regni ſui.ar.l.omne delictū.§.explo-
ratores.ff.de re militari.ſm Inno.in.c.
qđ ſicut.ꝺ electio. quē alij ſequnꝉ ibidē
ſignanter Abb.tertia cō. ⁊ in.c.j.penul.
cō.eo.ti.⁊ in.c.cū terra.fina.cō.⁊ in.c.cū
inter vniuerſas.j.cō.⁊ in fi.eo.ti.⁊ in.c.
j.fina. colū. ꝺ cōſue.vñ ſi ꝑnceps ꝓlatū
electū ex dicta cauſa habeat ſuſpectū po
teſt hoc cōtra electionē obijcere: quo ꝓ
bato: retractabiꝉ electio ſm Inno.in.c.
ſup hijs.de accuſa. ſequiꝉ Abb.in.c.j.fi
na.co.ꝺ electio.hoc multū comēdās.⁊ i
d.c.ꝙ ſicut.3.colū. inferēdo ex hoc ꝙ ſa
tis eque poterit ꝑnceps nō admittere ꝓ
uiſuꝫ ꝑ papā ſi pōt ꝓbabiliter oſtēdere
illū fore ſuſpectū.qđ ē valde notandū in
ꝓpoſito noſtro ⁊ bene facit ille tex.dū di
cit: cum in ea nihil attēptatum fuerit in
preiudicium regie dignitatis.

§.10.
Et quia forſan per hāc viā plu
res electio
nes īpediebanꝉ ⁊ retractabanꝉ: vt eccle
ſijs cōmodius ꝓuideretꝉ: ꝑtermiſſa ele-
ctiōis forma: nemo i eccl'ijs ꝓficiꝉ cathe
dralibꝰ ⁊ i nōnull' alijs: niſi quē rex hiſ-
panie pape ꝑſentat qđ a tpe i memoriali
obſeruatū cōperimꝰ inuiolabiliꝉ. Que q
Jus patronatus ex conſuetudine acquiritur.
dē cōſuetudo etiā citra eccl'iaꝝ edifica-
tionē ⁊ dotatiōꝫ: ſufficiēs erat ad ius pa
tronatꝰ acqrēdū.ſm Jo.an.in reg'la qđ
alicui ob grām de re iu.li.6.ſequiꝉ Abb.
ꝯſi.76.2.volumine.icipit. Plura ſūt exa
minād a.ꝗuis aliq cōtra: vt notaꝉ in.c.
quanto.de iudi. Sicut enī conſuetudine
Valet cōſuetudo qđ vacante epiſcopatu rex habeat epatum
introduci pōt ꝙ mortuo ꝓlato rex hꝫ cu
ſtodiā ⁊ adminiſtrationē bonoꝝ ep̄atus
vt voluit ſpecu.ti.ne ſede vacāte circa fi.
vt reges hiſpanie facere ꝯſueuerūt: eadē
rōne acqrere poterūt iuſ patronatꝰ: qđ i
adminiſtrationē in temporalibꝰ.
ſuos trāſtulerūt ſucceſſores.c.ſi plures
c.filijs.16.q.ſi.cle.ſi plures.de iure pa-
Jus patronatus trāſit in feminam.
tro. Inno.in.rubrica.eo.ti.etiā ſi ſucceſ-
ſor ſit femina: vt ē regina nr̄a ſm Jo.an.
in.c.nobis.eo.ti.ꝑ tex.in.c.fi.ꝺ cōceſ.ꝓ.
faciūt notata.in.c.dilecti.de arbi.

Si ergo papa aliquā ꝓlaturā vel di-
§.11.
gnitatē: i q̄ reges nr̄i ius pa
Papa i dubio nō derogat iuri patronatus laicorum.
tronatꝰ hñt: alicui cōcedit: abſq3 eoꝝ pre
ſentatiōe: nimiū eis ꝑiudicare videꝉ: qđ
i papa nullo mō ꝑſumēdū ē.cum certiſſi
mū ſit ⁊ idubitatū de iure papā per lr̄as
ſuas nole preiudicare patronatꝰ iuri: ſi
gnāter laicoꝝ: vt nota.i.c.dilectꝰ.ꝺ offi.
lega.⁊ in.c.cū dilectꝰ.ꝺ iure pa. ⁊ ibi Ho
ſti.dicēs ſe vidiſſe ⁊ legiſſe lr̄aꝫ papalē di
rectā ꝓlatis Anglie. in q̄ ꝯtinebaꝉ ꝙ qñ
papa ſcribit ꝓ aliquo bñficiādo: nō ē in-
tētiōis ſue ꝙ ei ꝯferaꝉ eccl'ia i q̄ laicꝰ obti
net ius patronatꝰ. Refert Jo.an.i.d.c.
cū dilectꝰ.i fi.idē voluerūt Jo.mona.ar
chi. Lapꝰ. Jo.an. Ancha. Dñicꝰ ⁊ Phi
lippꝰ i.c.2.de ꝑbē.li.6.(qcqd dixerit ibi
glo.) ⁊ Ange.i.l.ſꝫ ſi hac.§.patronū.in
ꝑn.ff.ꝺ i ius vocā.Abb.i.c.ad aures.de
reſcrip.pe.cō. ⁊ i.c.abbatē.eo.ti.⁊ i.d.c.
cū dilectꝰ.i fi.de iure patro.nota i cle.2.
ꝺ ꝑbē.Si ergo papa reſeruat ſibi bñficia
Reſtitutio bñficioꝝ non extēditur ad beneficia ptinētia ad preſentationem laicoꝝ.
ſimpl'r: videꝉ reſeruaſſe bñficia ptinētia
ad ꝑſentationē clericoꝝ non laicoꝝ. Ita
tenēt doctores ꝑallegati ⁊ collectariꝰ i.c.
nobis.de iure pa.nec videtur papa dero
gare patronis: ꝗuis in verbis narrati-
uis dicat beneficium eſſe de iure patro-
natꝰ: ſꝫ reqriꝉ exꝓſſa ꝺrogatio i corpore
grē ita ſemp fuit ꝯcluſuꝫ in Rota ſm qđ
refert Felinꝰ i.c.cū iter.ꝺ excepti.3.cō.i
fine.qđ dicit eē notādū ⁊ bene facere ad
hoc.cle.j.ꝺ ꝑbē.ꝑſertim qñ ius patrona
tus expectat ad laicos: vt ſupra dictū eſt
Qđ ꝓcedit etiā ſi talia bñficia i qbꝰ laici
De beneficijs patronatis in curia vacātibꝰ.
hñt ius patronatꝰ vacēt i curia: nō debe
ret enī papa ꝺ illis ꝓuidere: niſi laici ipi
ꝑſentēt.vñ ſi ep̄s hiſpanꝰ moriaꝉ i curia
romana: eius ꝓlatura ꝯferri non dꝫ: niſi
ei quē rex hiſpanie ꝑſentauerit: ita nota
biliꝉ ꝯcludit Jo.mo.quē alij ſequunꝉ in



UVA. BHSC. IyR_142_2

d.c.2.ꝺ pbē.li.6.⁊ Jo.an.ibi; ⁊ i additio
nib⁹ ad ſpeculū.ti.ꝺ pbē.i fi.⁊ lap⁹ latiſſi
me allegatiōe.96.incipiēte. bñficia vacā
tia i curia. ꝑ qb⁹ ego pōdero textū a ne
mine cogitatū i.c.ad aplice.i fi.ꝺ re iudi.
li.6.iūcta glo.vbi papa deponit ipatorez
ꝓpter ei⁹ demerita; cui⁹ electio libera ex
pectat ad electores imperij nec pōt papa
eligere ꝑiudicādo electoribus; eo ꝙ ſūt
laici; vt ibi ſentit glo. quaꝫ pleni⁹ deduxi
ad hoc ꝓpoſitū i tractatu inſulaꝝ.c.4.⁊
ꝓpterea aliq audēt dicere ꝙ papa vel le
gat⁹ nō pōt vel ſaltē non dꝫ ꝯferre bñfi-
ciū patronatū inconſulto patrono laico
ꝓpter notata i.d.c.dilect⁹.ꝺ offi.lega.⁊
i.c.cū dilect⁹.de iure pa. ⁊ ibi glo. ſuper
verbo ꝑſentare. Papa enim laicis pa-
tronis ꝑiudicare nō intēdit; vt eos a fun
datiōib⁹ eccliaꝝ nō retrahat vt dicūt do
cto.⁊ Egidi⁹ belleme. i tractatu ꝑmuta-
tionū bñficioꝝ eccliaſticoꝛuꝫ parte.j.q.3.
℣.ad quintū.⁊ Guido i deciſiōibus dal
phinatus.q.374. Ad hoc allego tex.ſin
gu.i.c. decermin⁹.16.q.7. vbi in cōcilio
Toletano q̄rto ꝯſtitutū ē his verbiſ. De
cermin⁹ vt q̄diu fundatores eccleſiaꝝ i
hac vita ſupſtites fuerint; ꝓ iſdeꝫ locis
curā habeāt ſolicitā. Itaq; rectores ido
neos i eiſdē baſilicis; idē ipi epo offerāt
ordinādos. Qꝺ ſi ſpretis fundatorib⁹ re
ctores ibidē ꝑſumpſerit ordinare eps; ⁊
ordinationē ſuā irritā nouerit; ⁊ ad vere
cūdiā ſui alios i eoꝝ loco (quos ipi fun-
datores condignos elegerint) ordinari;
hec ibi. ex qb⁹ patet ꝙ iſtitutio facta ſpre
to patrono ē nulla ita tenet expſſe Egidi
us bellemeta deciſiōe.163.incipiēte. Col
latio facta.nec obſtat ſꝫm eū.c.ilud. i fide
iure pa. q꞉ exponēdū ē ibi irritāda.i.irri
ta nūciāda; ne corrigat.d.c.decerminus
ar.l.iſta.ff.de inoffi.teſta.ſil'e ꝺ electione
cō.poſt petitā.i fi.⁊ in.e.auditis.idem in
effectu voluit Abbas i.d.c.illud.i tertio
nota.dicēs ꝙ inſtitutio ē ipſo iure nulla
p.d.c.ꝺcernimus.qꝺ etiā ſentit Jo.an.i
c.2.ꝺ.offi.vica.li.6.⁊ exponit verbū irri
tāda.i. irrita nūciāda.vl' ē irritāda; quo
ad effectū ſicut ꝺ facto ꝓceſſit ſꝫ abb,⁊ ꝑ

Inſtitutio bñficij facta ſpreto patrono eſt nulla.

cedunt iſta etiam ſi papa fecerit huiuſ-
modi collationem beneficij patronati nō
facta mentione patroni laici; nam ⁊ tunc
collatio eſt nulla ipſo iure vt ſupra dictū
eſt.⁊ late ac ſingulariter firmat idē Egi-
dius bellemera deciſiōe.752.incipiente
ſuppoſito i facto. Maxie quando ius ꝑ
ſentandi expectat ad regem. Efficatius
quidem ius patronatus hꝫ rex in bene-
ficijs; q̄ꝫ alij inferiores; ⁊ per conſequēs
eius iuri nō ita de facili derogatur; ſicut
aliorum niſi de rege expſſa fieret mentio
ſꝫm docto. i.d.c.2.ꝺ pbē.li.6.⁊ ita hodie
dictat regula cancellarie.60. que incipit
Item voluit ꝙ ſuper quolibet beneficio
q꞉ lꝫ difficiliter derogetur laicis; multo
difficilius derogatur talibus; cum dero
gatio regi facta tāto periculoſior eſt eccle
ſijs; quanto opulentiores ſunt dotatio-
nes que cōiter fiunt a regibus ⁊ princi-
pibus. Quapropter ꝺ talibus maior mē
tio requiritur.cum ſepe excipiantur a ge
neralibus regulis; iuxta nota.i.c. ꝺ mul
ta.de pbe. ibi circa ſublimes. ⁊ in cle.j.
de baptiſmo.⁊ i extrauagante.execrabi-
lis.℣.nos itaq;.ibi.ac regū filijs. qui ꝓ-
pter ſublimitatē eoꝝ ⁊c. Adduci pñt no
ta i.c.ſedes.de reſcrip. vbi i materia re-
ſtringibili; non veniūt perſone maiores
ſub clauſulis generalibus; tum ꝓpter
eorum dignitatem; tum q꞉ vltra ius pa-
tronat⁹ qꝺ hñt itereſt ſua ꝙ boni ꝑlati ꝑ
ficiantꝛ i eccl'ijs; ne ſint eis ſuſpecti; vt ſu
pra dictuꝫ eſt; merito ergo rex poterſt ſe
opponere executiōi mādati aplici ꝑiudi
cātis ſibi i iure patronat⁹; etiā ſi papa de
iure patronat⁹ mētionē feciſſet expſſaꝫ;
qm̄ ⁊ tūc militat rō ſup q̄ ſe fundat glo.⁊
docto.tenētes ꝙ lr̄e pape generales nō
cōprehēdūt bñficia i quib⁹ laici hñt ius
patronat⁹.ſ.ne laici vidētes ſe a papa vl'
collatorib⁹ ꝯtēni i iure ꝑſentādi.turbentꝛ
ex hoc ⁊ ab eccliaꝝ fundatiōe ⁊ dotatiōe
retrahantꝛ; iuxta nota.i.d.c.cū dileci⁹. ꝺ
iure patro.⁊ i.d.c.2.ꝺ pbē.li.6.vñ lꝫ ꝺ iu
ris rigore papa preiudicari poſſit iuri pa
tronat⁹ laicoꝝ; vt traditꝛ i ꝑallega.iurib⁹
Tñ nō ē fiēdū cū tāto regis ⁊ regni ſcā-

De iure patronatus qꝺ habēt reges

Qꝛ ſi papa facit mentionē de iure patronatus laicorum.

UVA. BHSC. IyR_142_2

dalo; vt dicit Jo. mo. in. d. c. 2. ꝛ. ℣. pōti
ſex. in fi. quē alij ſequuntur; ꝛ Frāciſcus
cardinalis i. c. ꝑterea. el. j. de iure patro.
ꝛ cōſilio. 57. Refert ꝛ ſequit Filin⁹ in. c.
nihil. ꝺ ꝑſcrip. cō. 2. ℣. 26. Dicētes; ꝙ ſi
ex ꝯſuetudine imemoriali reges hñt ius
ꝯferēdi ꝓbēdas ꝛ ex hui⁹ cōſuetudinis
violatiōe; oriret ſcādalū ꝑmittēdū ē ſibi
vt bñficia ꝯferāt qꝛ cū ſcādalo nihil fiēn-
dū ē. c. nihil. ꝺ ꝑſcrip. cū ꝯcordātijs mul
to forti⁹. Idē videt circa ꝑſentatiōꝫ q̄ ca
dit i laicū; vt nota. in. c. q̄nto. de iudi. Ad
hoc bñfacit qꝺ notāter voluit Inno. i. c.
inq̄ſitiōi. ꝺ ſen. ex. in fi. vbi dicit; ꝙ ſi ex ꝑ
cepto iniuſto pape vehement ꝑſumit ſta
tū eccl̄ie turbari vl̄ alia mala vētura eē;
nō ē parēdū mādato imo peccaret quis
obediēdo; cū debeat futura mala ꝓcaue
re; nō iuuare ꝭm eū quē oēs ſequuntur
Siquidē papa dignitates ꝛ alia benefi-
cia ad preſentationem regis hiſpanie ꝑ-
tinētia concederet; eius preſentatiōe ne-
glecta; cui dubiū qn rex ip̄e ꝛ regnicole
ſcandalizarentur; ꝛ ab eccleſiarum edi-
ficatione ꝛ dotatione retraherentur; vt
patet ex predictis. grauiſſimuꝫ eſt enim
qꝺ multis ſudoribus ꝛ ſumptibus per
eos ꝛ eorum anteceſſores acquiſitum eſt
ab eis ſine culpa auferri. ar. c. ſuper hoc
de renuncia. ꝛ. c. accedēs. ſcꝺo. vt lite nō
conteſ. ff. de proba. l. cum de indebito.
cum ſilibus. vñ ſi tali mandato paretur
vehemēter poſſet ſtatus eccleſie pertur
bari; qꝛ charitas minueretur i mētibus
fidelium. Cū viderent ſummuꝫ pōtificē
a quo iura prodeunt; pias voluntates
defunctorum immutare; ſeu ius patro-
natus qꝺ laici ex eccleſiarum edificatio
ne ꝛ dotatiōe acquiſierūt; ſine cauſa tol-
lere. Retraherentur enim laici hoc vi-
dentes a talibus operibus; qꝺ redunda
ret in opprobriū dedecus ꝛ graue eccle-
ſiarum damnum; ꝛ in derogationem iu
ris patronat⁹ regib⁹ hiſpanie ex cauſis
ſupradictis acq̄ſiti multo tp̄e anteq̄ꝫ pa-
pa reſeruaret ſibi beneficiorum collati-
tionem in curia vacātiū. Illa aūt reſerua
tio in ꝑiudiciū iuris iā q̄ſiti; recte fieri nō

Quādo ex ꝑ mo precepto pape ꝑſumit ſcandalū futuruꝫ nō paretur.

Reges hiſpani habuerūt ius patronat⁹ anteq̄ꝫ papa reſuaret ſibi beneficia in curia vacantia.

potuit; vel ſaltē nō ꝑſumit facta ea inten
tiōe vt iuri patronat⁹ regio antea q̄ſito
derogaret. Semp enim iſte diſpoſitiōes
pape hāc habēt interp̄tationē; vt iuri al
teri⁹ nō ledāt; niſi hoc exp̄ſſe in eis dicat
vt ex iā dictis ſatis patet.
¶ Item ſi hec ꝑeminētia regib⁹ nr̄is nō
obſeruaret; ſicut eoꝝ āteceſſorib⁹ obſer
uata eſt; iniuria fieret illis; nā iniuria fit
ſucceſſori ſi ꝺnegat ſibi ꝑuilegiū qꝺ ꝑde
ceſſori fuit ꝯceſſuꝫ; lꝫ ꝑſonaliter; qꝛ ea rō
ne q̄ ꝑdeceſſori fuit ꝯceſſuꝫ; ꝯcedi debuit
ꝛ ſucceſſori; vt dicit tex. cū glo. i. l. j. §. pe.
ff. ꝺ aq̄ quotti. ꝛ eſtiua. vbi dr̄ ꝙ ſi aliq̄s
hꝫ ꝑuilegiū ꝑſonale ducēdi aquā ad fun
dū ſuū; iniuria fit ei q ſuccedit i fundo; ſi
deneget ſibi ꝯſile ꝑuilegiū. Ex quo dice
bat ibi Bar. ꝛ in. l. j. in fi. ff. de ꝑui. credi.
Quez alij ſequunt; ꝙ ſi fundus vel res
emphiteotica reuertit ad eccliam ꝑ mor
tē vaſſalli vl̄ emphiteote; ꝑlat⁹ facit iniu
riā heredi; ſi ei petēti nō facit renouatio
nē ſeu ꝯceſſionē ſicut habuit defunctus
Vñ dicit ꝙ heres poterit adire ſuperio
rē illi⁹ ꝑlati; ꝛ facere eū cōpelli ad ꝯcedē
dū. Idem tenet Anto. in. c. j. ꝺ locato. ꝛ
Abb. i. c. bone. el. 2. ꝺ poſtula. ꝑla. ꝑ illū
tex. cū glo. fi. ꝛ i. c. fi. 100. di. A tali aūt in
iuria q̄ ē iuſticie actor abſtinere ꝺꝫ; ne in
de naſcant iniurie vñ iura naſcūtur vel
ꝓcedūt. l. meminerint. C. vñ vi. 2. q. j. c.
ꝑuenit. c. nōnulli. ꝺ reſcrip. c. q̄liter ꝛ q̄ñ.
el. j. ꝺ accuſa. ꝑſertiꝫ cū in caſu nr̄o ꝑuile
giū cōceſſum ſit dignitati non ꝑſone. de
quo papa cert⁹ ē; vl̄ ſaltē certificat⁹; ꝑſu
mit reuocare velle qꝺ male geſſit. c. 2. de
auctoritate ꝛ vſu palij. c. j. ne ſede vacan
te. paciēter igit ſuſtinebit ſi nō fecerit ꝑn
ceps qꝺ papa indiſtincte mādauit; vt ex
ꝑdictis ſatꝫ apparet ¶ Et ꝯſequēter exe
cutores differre debēt mādati executio
nē maxime cū papa hoc nō examinaue
rit. vñ oppoſitis exceptiōibus corā eis q̄
ſunt legittime; ſupſedere debēt i executi
one ꝛ de illis cognoſcere vel ad papā re-
mittere anteq̄ꝫ mādatū ex arrupto exe-
quant; imo is in cuius fauorē fieret exe-
cutio cauſa nō cognita; ꝑuaret iure ſuo.

Iniuria fit ſucceſſori ſi nō ꝯcedūt ei quod anteceſſori fuit cōceſſuꝫ.

Emphiteoſis.

De executoribus.



UVA. BHSC. IyR_142_2

l.meminerint ꝑallegata. videmus enim ꝙ ſi cõmittat̃ executio ſententie; ⁊ ſic negotio liquidato: tñ exceptiões legittime admittant̃; ⁊ eaꝝ cognitio ad papam remittit̃: vt fraudes ⁊ mẽdacia ceſſent.c.ð cetero.de re iudi.cũ cõcordãtijs.Siquidẽ ex parte regis ⁊ regine dñoꝝ noſtrorũ hec exceptiones ⁊ cauſe eſſent expoſite:nulli dubiũ quin tales ꝓuiſiones nõ emanaſſent:cũ tãto regni ſcãdalo: tãtaꝙ regis ⁊ regine iniuria ⁊ incommodo. Que autem mouiſſent papam: mouere etiã debẽt eius delegatos vel iudices.c. ſup litteris.de reſcrip. vnde citra remediũ appellationis:tute ex his cauſis ⁊ ſimilibus nõ parebit̃ mãdato ⁊ ꝓuiſioni populi ſine aliquo excõicationis metu. Quia in his mãdatis extra iudicialibus que nõ trãſeũt in rẽ iudicatã.c. concertatiõi.de appel. Inno.in.c. ad aures.de tẽpo.ordi.⁊ in.c.2. de in integrũ reſti. non eſt neceſſaria appellatio.ꝗuis tutius ſit appellare. Quamuis ergo papa in beneficialibus pleniſſimã habeat poteſtatẽ: vt ſupra dictũ ẽ. Tamẽ nõ debet illa vti cũ alterius ꝑiudicio:preſertim laici.cum nemo iure ſuo priuari debeat ſine cauſa: quia hoc eſſet ↄtra equitatem naturalẽ. c.2.de conſti.regula ſiue culpa.de regu. iu.lib.6.cũ ↄcordantijs. Quiſquis alterius ius detrahit:iniuſticiã facit.22. di. c.j.vbi glo.dicit: ꝙ papa non debet detrahere vni eccleſie vt det alteri. de quo in.c. conſtitutus.de religio.domi.niſi ꝓuideat de bono cambio: vt vult Inno.i c.niſi cum pridem. de renũcia. quẽ multi referunt ⁊ ſequũtur. de quibus ꝑ Felinũ in.c. que in eccleſiaruz. de conſti. Siquidem hoc eſt iniuſtum:ergo illicitum ⁊ peccatum:⁊ ſic pape indecens:qui debet iuſte omnia agere:cum eius ſentẽtia facit ius: vt ceteri debeant ſimiliter iudicare.c.in cauſis. ð re iudi. Nã ⁊ ei⁹ geſta debent conformari redemptori noſtro. de electio.c.ſignificaſti. Omne enim indecens ꝫm theologos ẽ deo impoſſibile:que aũt decẽtia poteſt eẽ ꝙ quis ſine cauſa priuet̃ iure ſuo; forte vigilijs ⁊ expenſis ſuis vel ſuoꝝ anteceſſoꝝ queſito vt dicto.c.ſuper hoc. ð renũ. ⁊ precipue in papa qui debet habere meliorẽ zelum omnibus alijs.24.q.j.c.officij. ꝓpterea nunꝙ̃ preſumitur aliquid facere cũ aliena iactura: vt ſupra dictum eſt. Merito igitur in executione mandatorum ſuorũ ſuperſedetur donec ipſe conſulatur ⁊ plenius informetur.

*Mandatum extra iudiciale non trãſit in rem iudicatam.*

*§.12. De beneficijs palẽtine dioceſis.*

**Ex his pari ratione** idem puto dicendũ i prouiſionibus beneficiorum patronaliũ in quibus laici habent ius patronatus: vt ẽ videre in epiſcopatu Palẽtino Legionenſi ⁊ Calagoritano. vbi ad preſentationem loci vicinorum epiſcopus beneficia confert a tempore immemoriali. Sed nunc romani pontifices aliquando ea concedunt cum derogatione iuris patronatus laicorum. Quãuis enim illud poſſit facere papa: non tamen ſtatim ⁊ indiſtincte parendum eſt; ſed pape referendum damnum ⁊ incommodũ quod ide eccleſijs preuenire poteſt: tum quia laici a fundatione eccleſiarum ⁊ capellarum earumꝙ dotatione ⁊ donationibus abſtinerent propter hoc: tum ꝗ per viam preſentationis meliores ⁊ magis idonei ⁊ affecti aſſumunt̃. Tum etiã quia laici ⁊ laicorum vicini videntes naturales loci prefici:⁊ ad beneficia admitti filios ſuos ad ſtudium mittunt: eoſꝙ multipliciter edoceri faciunt in his que ad ſacerdotium ſunt neceſſaria:quia magis idone⁹ prefertur minus idoneo ꝫm ſtatuta ⁊ conſtitutiones illius epiſcopatus ⁊ etiam aliorum. non eſt quippe veriſimile ꝙ ſi de his ⁊ alijs papa informaret̃: vellet potius extraneo ⁊ ignoto ſeu alienigene beneficium cõferre ꝙ̃ naturali. Cuz naturales regulariter extraneis preferendi ſint. ar.l. ſiquis ad declinandam.C.de epiſco.⁊ cleri.⁊.l.nulli licere. traditur per glo.in.c.j. de teſta. lib.6. in verbo pauperes. Ad idẽz facit.l. centũ. C.de anonis ciuilibus.lib.11. vbi hoc notat Jo.de plateis.poterunt ergo naturales vel hij de quorum preiudicio agit̃ ſe

*Naturales preferunt̃ extraneis.*

UVA. BHSC. IyR_142_2

Appellatio a papa male informato.

opponere ne mandatum pape executio
ni mandetur ꝛ appellare a papa male in
formato: ad ip̄z bene informatum: vt re
uocet qđ male fecit: vt vulgo dici ſolet
iuxta notata in.c.tū ex lr̄is de integrū re
ſtitu.ꝛ in.l.j.ff.de appe.ꝛ in.l.j.C.de re
latio. non ꝙ iſta ſit vera appellatio de
cuius natura eſt ꝙ fiat de minori ad ma
iorē.2.q.7.c.anteriorum.§.ſanctim⁹.ꝛ.
§.illo videlicet.c. non putamus de con
ſue.li.6.c.romana.de appe.eo.li.auct.đ
appel. p totū. Sed magis ē ſupplicatio
humilis p quā ſupplicat pape humilit
quatenus factum iteruz examinet vt rei
veritatem agnoſcat: ꝛ deinde ſuam vo
luntatem declaret.vt auct. hec ſupplica
tio.C.de precibus impera.offe. notatur
in.c.paſtoralis.de appe.ſolet enim papa

¶Papa reuocat quod male fecit.

cui aliqđ ſubreptū eſt: id ip̄m retractare
quod egit: ad preces eorum quorum in
tereſt: vt fecit Innocentius papa ꝛ habē
tur in.c.veniam.35.q.9.idem fecit Nico
laus papa: vt.c. ſententiam eadez cauſa
ꝛ queſtione: vbi notāter dicit: ꝙ ſnīa ro
mane ſedis poteſt in melius cōmutari:
cum aut ſubreptū aliquid fuerit: aut ip̄a
pro conſideratione etatum vel temporū
ſeu grauiū neceſſitatum diſpenſatione q̄
dam ordinare decreuerit: qm̄ ꝛ egregiū
paulum apoſtolum diſpenſatorie legi
mus quedam feciſſe: que poſtea repro
baſſe legitur. idem vult tex.in.c. aplice.
eadem cauſa ꝛ queſtione. Romani ergo

¶Papa nihil iniquuz facere p̄ſumitur.

pontificis intentio eſt: nihil iniquum vl'
perperam facere. qđ ſi fecerit: emēdare
intendit de veritate negotij informatus
vt patet ex p̄allegatis iuribus. ꝛ ex.c. ſi
quando.de reſcrip.cuius ſupra facta eſt
opportuna mētio. Qui ergo ſupſedit vl'
ſuperſederi facit in executione mandati
apoſtolici iniuſti: ex quo iure ꝛ papa per
mittēte facit: nec penas nec cēſuras icur
rit: cū non reſiſtendi animo: ſed potius
humiliter ſupplicādi ꝛ informandi ip̄m
romanū pontifi. hoc faciat vt late ac dif

Supplicatio an ſuſpendit effectum mādati.

fuſe in p̄cedētibus dictuz ē. ¶ Preſerti
q: ꝑm aliquos ſupplicatio hʒ effectū ſuſ
pēſiuuz ſicut appellatio. ita dicit Hoſti.
i.c.paſtoralis.đ appel. Quē refert Abb.
ibi in.§.verū.cō.j.℣.in glo.in.℣.execu
tionē.allegat nota.in.d.c.tū ex lr̄is.ſʒ i
cōtrariū videt̄ tex.ꝛ ibi notat Bal.i.l.j.
C.vt lite pē. qđ p̄cedere dʒ đ iure ciuili:
ſec⁹ đ iure canonico.ꝛ p hoc defendi ſa
tis p̄babilit̄ pōt id qđ nos regij cōſilia
rij quottidie in regio ſenatu facim⁹. Pre
cipimus enim ꝙ qñ alique littere aplice
emanauerint circa bñficia ꝛ dignitates:
quorum p̄ſentatio ad regē vel alias ꝑſo
nas ſclares ſpectat: vt ſunt bñficia ptri
monialia i ep̄atu Palētino Legionen̄.
ꝛ Calagoritano ꝛ alijs: ſuperſedeatur i
executione: donec lr̄e ad regiū deduca
tur ſenatū: vt videatur an aliquid in eis
contineatur qđ reges vel patronos lai
cos tāgat. Quo cognito: ſupplicet̄ humi
lit̄ pape vt ſua ſanctitas dignet̄ iformari
đ veritate: ꝛ regis vel patronoꝝ ꝛ filioꝝ
patrimonialiū grauamē reuocet̄. Nec p
hoc vt arbitror excōionē vl' alias penas
icurrim⁹. Cū iure ꝛ papa p̄mittentibus
hoc faciam⁹ vt ex iā dictis ſatꝫ pʒ ꝛ plene
dico i.c.ex eo.đ peni.ꝛ remi.i recollectꝫ.

§.13. De monitorijs penalibus.

**Idē videtur** dicēdū de monitorio
penali per qđ ſub gra
uiſſimis penis ꝛ cēſuris poſſeſſori man
dat̄: vt p̄bēdā vel bñficiū qđ poſſidet di
mittat ꝛ alteri cōcedat: motu p̄prio ꝛ ex
certa ſciētia: nō eni indiſtincte ē parēdū
ꝛ obtēperādū: imo pōt opponere poſſeſ
ſor de iure ſuo ꝛ appellare ne ſecus fiat p
p̄dicta: q: nō dʒ qs expelli a ſuo poſſeſſi
one ſine citatiōe ꝛ cauſe cognitiōe.c.j.de
cau.poſſeſſiōis ꝛ p̄pĕtatis.c.int̄ q̄ttuor.
đ maio.ꝛ obedi.lʒ ep̄s de p̄bē.li.6.aucto
ritate eni reſcripti aut iterlocutorie iudi
cis nō pōt: nō citat⁹ đ poſſeſſiōe repelli:
vt dicit tex.notādus i.l.fi.C.ſi p vim vl'
alio mō. Preceptū autē p̄prie ſine cauſe
cognitiōe ſup re vel cauſa q̄ cauſe cogni
tionē acqrit nō valet. vt ſentit Inno.i.c.
cū veniſſent.ꝛ i.c.tū ex lr̄is.đ i itegrū re
ſti.ꝛ ibi clari⁹ Abb.ſiculus.ꝛ cōſequēter
nō dʒ executiōi mādari vt voluit Inno.
i.c.p̄ſultatiōib⁹ đ iure patro.i p̄n.vbi di
cit. ꝙ miſſus i poſſeſſionē alicui⁹ rei ſine

UVA. BHSC. IyR_142_2

cauſe cognitiõe: nõ facit fruct⁹ ſuos. Se quitř Bal. in.l.2.pe.cõ.C.ð ſeruitu.⁊ aq. ⁊ Ludo.ꝯſilio.454.ad fi.ꝯſuis de Inno cẽtio nõ fuit memoꝛ. Cõfirmatus hoc ꝑ illud qð notanter dixit Inno. in.c.cũ ad monaſteriũ.de ſtatu regu.in fi.glo.inci- piẽtis.niſi ex cauſa: vbi dicit ꝙ diſpenſa tio ſine cauſe cognitiõe nõ valet: nõ ſolũ ſi fit ex oꝛdinaria poteſtate: ſ; etiã ex ſim plici indulto pape: qui ꝯtra ius põt ſine cauſa diſpẽſare: vt notatur in.c.q̃ i eccle ſiaꝝ.de ꝯſti.⁊ in.c.ꝓpoſuit.de ꝯceſ.pre. Idez voluit Inno.in.c. dudũ.el.2.fi.cõ. ✠.idem ẽ ſi papa mãdat.de elect.⁊ in.c. veniẽs. poſt ꝑncipiũ. ð filijs pſbr. Bal. in.l.ſi teſtamẽtũ.poſt ꝑncipium.C.de te ſta. Jo.de imo.in.l.quidã ꝯſulebãt.ff.ð re iudi. Abb.in.c.at ſi clerici.§.de adul- terijs.7.colũ.de iudicijs.⁊ in.c. ꝑterea. el.2. ſecũda colũ. de teſtibus cogendis. Nõ obſtat clauſula motus ꝓpꝛij: que in monitoꝛijs ſolet poni ⁊ regulariter equpa ratur clauſule ex certa ſciẽtia iuxta nota ta in.c.ad hec.de reſcript.⁊ in.c. ſi motu ꝓpꝛio.de ꝑbẽ.li.6.⁊ in cle.ſi roman⁹.eo. ti. q: lз dicta clauſula tollat ſubreptionẽ vt.d.c.ſi motu ꝓpꝛio.non tñ habilitat ꝑ ſonã inhabilẽ: vt notãt ibi Archi. ⁊ Jo. an.glo. in.d.cle.ſi roman⁹.in.✠.validã. iſta eni clauſula nõ tollit q̃litates intrin- ſecas ẜm Rotã in nouis deciſiõe.3.nec ius tertij ẜm Rotã deciſiõe.4. Si ergo is ꝑ quo papa ſcribit eſt alienigena a re- gnis iſtis ⁊ ꝓpterea inhabilis ad obtinẽ dum beneſia ex rationibus de quib⁹ ſu- pꝛa: ⁊ dictat lex regni nr̃i: q̃ vt audio fuit a papa appꝛobata: ergo ꝑ clauſulaз mo- tus ꝓpꝛij: nõ tollitur illa inhabilitas. Et poſito ſine veritatis pꝛeiudicio ꝙ clauſa la mot⁹ ꝓpꝛij equpareř clauſule ex certa ſcia: vel ꝙ in reſcripto ſit expꝛſſa ſcia: opa biř ſuũ effectũ i his q̃ ꝯſiſtũt i iure: ſec⁹ i his q̃ ꝯſiſtũt i facto: put ẽ in caſu ꝑdicto Tũc clauſula ex certa ſcia expꝛſſa vel ta- cita: nihil operatur. vt voluit nota. Bal. in.l.ſi.C.ſen.reſcin.nõ poſſ.2.colũ.✠. di cas etiã. Qð ſequitur ⁊ multũ cõmẽdat Andreas ſiculus in.c. paſtoꝛalis.§. ꝑte

*Motus proprius. Certa scientia.*

rea.9.colũ.de offi. dele. ⁊ vitalis in libꝛo clauſulaꝝ. i clauſula ex certa ſcia. dicẽs: ꝙ clauſula ex certa ſcia nihil opatur: niſi pꝛinceps ſup facto cauſe cognitionẽ pꝛe miſerit: vt ibi latius ꝑ eũ.

Aduertendũ tñ circa ꝑdicta mo- nitoꝛia penalia que quottidie emanant a ſede aplica: q: lз vi deantur ſape executionẽ: ⁊ ab executiõe nullaten⁹ ſit incipiẽdum.l.nimis ꝑpere. C.de execu.rei iudi.l.vna.C.de ꝓhi.ſeq̃ ſtra.pe.cũ ſilib⁹. Si enim oꝛdo nõ ſerua tur i executiõe: executio caſſatur ẜm In no.in.c.venerabili.de offi.deleg.⁊ Bal. in.d.l.nimis.vñ talia monitoꝛia executi onẽ ſapiẽtia: ꝓhibita videntur. vt.C.cõ minatiões epiſtolas.per totuз.maxime in.l.iudex. Quã legẽ Bar. facit notabi- lẽ ꝑ abſoluto iuſſu iudicis de mittendo quẽ in poſſeſſionẽ alterius: vt nõ teneat ð quo ꝑ eũ plene: ibi ⁊ in.l. meminerint. C.vñ vi.ꝑ Inno.⁊ alios in.c.ꝓpoſuit.ð ꝯceſ.ꝑbẽ. Sз nihilominus talia monito ria ꝑmiſſa: reperio taз de iure canonico q̃ ciuili. Jure quidẽ ciuili in materia nũ ciatiõis noui opis q̃ ſit ꝑ iudicẽ.l. de pu pillo.§.meminiſſe.ff. de no.ope. nũcia. ⁊ ibi glo. Bar. ⁊ alij qui dicũt ꝙ monit⁹ ſub illa clauſula: ſi ſenſeris te grauatum cõpareas allegaturus grauamẽ vel cau ſam grauaminis: nõ teneř deſiſtere me- dio tpe accepto ope: ſi cõparens ꝓponit infra tẽpus ſibi aſſignatũ: ⁊ allegat cau ſam grauaminis: ⁊ hoc qñ illa clauſula ponitur alternatiue: puta vel ſi ſenſeris te grauatũ cõpareas ⁊c. quia tũc ſufficit alterã partem alternatiue adimplere.ff. de condi. inſti.l. ſi heredes plures.facit l.ſi is qui ducenta.§. vtrũ.ff.ð reb⁹ du. ⁊ ibi glo.⁊ in.l.ſi mancipium.C. ſi man- cipium ita fue. alie. De quo etiã ꝑ Bar. in.l.filius familias.§. diui ſeuerus.ff.ð legat.j.⁊ ibi alij doctores pꝛeſertim Ale- xan.qui plura allegat que per ipſum vi- deri poſſunt.
Jure etiã canonico ſunt ꝑmiſſa iſta mo- nitoꝛia: vt videm⁹ in.c.ſi aũt.ð coha.cle: ⁊ mu.ibi ſi ad ſecũdã vel tertiã monitio-

*§.14. Circa monitoria que executionem ſapiunt.*

*Quo iure monitoria inuenta fuere.*

UVA. BHSC. IyR_142_2

nē:⁊ in.c.fi.de cleri.nō reſidē.ibi ſi mo-
niti nō redierint.⁊ in.c.ex tue.⁊ in.c.inť
q̄ttuot.eo.ti.⁊ in.c.ſacro.de ſen.exc. ⁊ in
c.cū in tua.q ma.accu.pñt.nota Inno. ī
c.tua.de coha.cleri.⁊ mu. vbi inter cete

De nuda iudicis monitione qd operetur.

ra dicit.ꝙ nuda monitio iudicis qua re-
um monet vt ſatiſfaciat: nec valet: vt ci-
tatio:nec hꝫ vim citatiōis:qꝛ parere non
teneť: ſi iuſtā excuſationem hꝫ allegat.c.
dudum.de preſump.⁊.c. qſquis.14.q.j.
vult dicere ꝙ nō tenet vt teneret citatio
citatiōi eni ſemꝑ qs teneť obedire: etiaꝫ
ſi a nō ſuo iudice fuerit decreta.ff. de iu-
di.l.ſi quis ex aliena.ff.de in ius vocā.ꝑ
totū.⁊ ſi qs ius dicēti nō obtēperauerit
notať in.c.cū ordinē.de reſcrip. Eiuſdeꝫ
ſentētie fuit Inno.in.c.cū veniſſent.de ī
īteg.reſti. vbi dicit ꝙ mādata abſoluta
⁊ nuda a clauſula iuſtificatiua ⁊ cauſe co
gnitiōe:nō habēt vim diffinitiue: nec in
terlocutorie: nec in rē trāſeūt iudicataꝫ:
etiā ſi nō appelleť.allegat.l.3. ⁊ pe.C. cō
minatiōes epiſtolas. Subdit tñ ꝙ ſi qd
vigore talis mādati ſolueret:nō repete-
reť.ff.qꝺ me.cauſa.l.fi.in fi.Sꝫ ſi cogni-
tio p̄cederet ſuꝑ hoc.ſ.an talis ꝓhibitio
vel quid aliud fieri deberet: ⁊ poſtea in-
terloquitur iudex vel ſuperior fieri debe
re:tūc niſi appellareť: ſatis credit māda
tū trāſire in rē iudicatā.vt ibi latius ꝑ eū
⁊ in.c.ad aures.de tēpo.or. Mēs igitur
Inno.videtur eſſe ꝙ ſi monitoriū ema-
nauit ſine cauſe cognitione ſimpliciť abſ
qꝫ clauſula ſi ſenſeris te grauatū ⁊c. non
valet nec tenet: nec arctat ipm monituꝫ
ad obtēperādū mādato. nec ꝓpterea in
curreret penas vel cēſuras in monitorio
ꝯtētas:cū nō habeat vim etiā ſimplicis
citatiōis:de qua deciſiōe faciunt docto-
res notabile textū:ſignāter Bal. ī.l. ius
alimētoꝝ.ff. vbi pupillus educa. debet.
⁊ plures alij de quibꝰ ꝑ Felinū in.c.eccle
ſia ſancte Marie.ꝺ ꝯſti.colū.21.℣.4. no
ta in.c.ſi qñ.ꝺ reſcrip.colū.2. vide Bar.
in.l.3.§.1.ff. vbi pupil. educa.de.qui di-
cit:ꝙ ſi iudex faciat alicui p̄ceptū ſub pe

De precepto ſub pena qd pareat.

na:⁊ nō pareať p̄cepto: talis pena pote-
rit exigi:dūmodo p̄ceptū fiat cuꝫ cauſa:
ſeu ꝙ ipm p̄ceptū nō ſit nudū a cauſa:
nec ſit negociū in quo reqrať vt p̄cedat
cauſe cognitio:nam tunc talis pena non
poſſet exigi:qꝛ p̄ceptū nudū a cauſa non
valet:vt vult Cinꝰ in.l. quotiēs.C. de fi
deiuſſo. Bar.in.l.filiꝰ familias.§. diui.
fi.cō.ff.de lega.j. Bal. in.l. pr̄.§. iulius
agripa.ff.de lega.3. Qñ iſte pene iponū
tur:fit vt magis hoies timeāt: ⁊ vt euitē
tur atrocia:nō aūt vt exiganť ad vnguē
ita dicit Jo. reyne. in cōpēdio ſuo feudo
rū in.c.iperialē.§. p̄terea ſi iter. Et ſub-
dit ꝙ ſi iponať pena fuſtigationis vľ am
putatiōis pedis vľ pena oris ⁊ ꝑſone: ꝺ
q̄ loquiť glo. in auct. de armis.§. opor-
tet.tales pene nō exigūtur ad vnguē: ſꝫ
reducunť ⁊ mitiganť ex arbitrio iudicis
ſm eū quē refert ⁊ ſequitur Jaco. de ſcō
georgio ī tractatu feudoꝝ in ꝑte dictiqꝫ
vaſſalli ꝓmiſerūt recognoſcere dictum
feuduꝫ.colū.4.℣. addite.ꝙ iſte magne
pene. Pena autē excōis ē maior pena q̄
reperiatur in iure: ideo nō eſt ferenda ꝓ

Pena excōmunicatiōis

leuibus culpis: vt.c.nullus.⁊.c. nemo.
11.q.3.dico late in.c.ꝑ vr̄as.de dona.inť
virū ⁊ vxo.colū.63.℣.caueāt tñ.vbi late
oſtēdo excōionis grauitatē: ergo illa nō
incurritur q̄ꝯuis ſtatim nō obtēpereť ta
libꝰ monitorijs penalibꝰ: vt prius infor-
meť iudex vel ſuperior de veritate:⁊ ex-
pecteť ſecūda iuſſio:vt infra latiꝰ ſubijci-
am. Tale eni p̄ceptū ſine cauſe cognitio-

Preceptum ſine cauſe cognitiōe nō ē executiōi mādandum.

ne:executionē nō mereť.l. interlocutio.
⁊ in.l. ꝓ grama.C. cōminatiōes epľas.
Sꝫ erit neceſſariꝰ nouus ꝓceſſus ⁊ ſnīa
ꝑ quaꝫ iponi poterit multa ei q ſupioris
p̄cepto nō paruit.l.2.§.1.ff.ſi qs ī ius vo
ca.nō ierit. ⁊.l.j.ī p̄n. ⁊ vtrobiqꝫ ꝑ Bar.
ff. ſi qs ius dicēti nō optē. ꝺ quo etiaꝫ ꝑ
Bar.ī.d.l.j.C.ꝺ execu.rei iud.ꝑ Jo.an.
in addi.ad ſpecu.ti.ꝺ aduocato.§. ſeqť.
℣. ſtudeat. ⁊ ꝑ alios ꝺ quibus ꝑ Alexā.
in.d.§.diui.penul.co.ſequiť Ange.areti
nus in.§. curare. ꝓpe fi. inſti. de actio.
dicens ſe vidiſſe ita practicari ⁊ obſerua-
ri. Si igitur monitorium penale emanat
contra aliquem ꝙ dimittat beneficium
⁊ illud reſtituat Ticio infra decem dies

Preceptuꝫ ſub pena excōicatiōis.

UVA. BHSC. IyR_142_2

al's eũ excõicat papa vel ei⁹ delegat⁹ ⁊c.
ſi cum illo lis nõ fuit habita nec cauſe co
gnitio adhibita: q̄uis nõ obtẽpet: nullã
excõicationẽ icurrit: niſi forſan tale p̄ce
ptũ emanaſſet ſup eo qḋ etiã p̄te p̄ſente
⁊ iuita p̄cipi potuiſſet. q̄ꝛ tũc tãto magis
fieri põt p̄te abſente ⁊ ignorãte. l. q põt.
ff. ð regu. iu. ita dicit Jo. an. i ſpecu. ti. de
ſentẽ. §. ſpẽs. v. habeo dubiũ ⁊c. vt pu-
ta ſi eẽt timoꝛ ſcãdali: tũc iudex põt hoc
facere iuita p̄te. l. qḋ iuſſit. ⁊ ibi glo. ff. de
re iudicata. l. relegatoꝝ. ff. de iterdi. ⁊ re
leg. l. eq̄ſſimũ. ff. ð vſufructu. hoc ſecut⁹
ẽ Ludo. ro. i. d. §. meminiſſe. ꝟꝫ Ange.
aretin⁹ i. d. §. curare. hoc nõ approbat.
imo tenet indiſtincte p̄dicta: ꝙ tale p̄ce-
ptũ ſit fundit⁹ nullũ p rationes Jo. an. ⁊
Bar. Nec obſtat qḋ dr̄ ð eo qḋ põt fieri
me inuito ⁊c. q̄ꝛ hec nõ ẽ bona ꝯſequen
tia: q̄m ſi fuiſſet p̄ſens ⁊ citatus: forte ſu-
is rõnib⁹ traxiſſet iudicẽ in ſnĩaꝫ ſuã. ar.
l. itẽ ſi vn⁹. §. fi. cuꝫ. l. ſequẽti. ff. de arbi.
igit fuit citãdus cũ poſſit ledi. al's nõ va
let: vt i p̄cedẽtib⁹ dictũ ẽ. ad hoc. l. nã ita
diu⁹. ff. ð adop. l. de vnoquoqꝫ. in p̄n. ff.
de re iudi. Terti⁹ ergo poſſeſſoꝛ q p̄retẽ
dit ſe hr̄e ius ⁊ nunq̄ fuit citatus: pote-
rit de iure ſuo excipe ⁊ nõ obtẽpare. ⁊ ſi
opus fuerit appellare: q̄ qdẽ oppoſitio ⁊
appellatio iuuabit eũ: ⁊ alios ſilr̄ nõ pa-
rẽtes: vt puta capituluꝫ ⁊ ſingulares de
capitulo qb⁹ forſan mãdatũ dirigebatur
q̄m ſi mãdatũ nõ tenuit quo ad p̄ncipa-
lẽ ꝯſequẽter nõ tenebit quantũ ad alios
quibus vt executoꝛibus dirigitur vel in
timatur: vt quottidie fit.

Appellatio p̄ncipalis iuuat alios.

§. 15. Mãdatum cuꝫ clauſula ſi ſenſeris te grauatur ⁊c.

Vno tamẽ caſu valebit mãdatũ p̄
ceptuꝫ ſiue penale mo
nitoriũ. q̄uis cauſe cognitio non p̄ceſſe-
rit. ſ. q̄n fuit iuſtificatũ cũ clauſula. ſi ſen-
ſeris te grauatũ cõpareas: vt dictuꝫ ẽ in
p̄cedẽtibus: al's euꝫ excõicat: niſi fecerit
qḋ in mãdato ꝯtinet. Tales eni lr̄e vel p̄
ceptũ hn̄t vim cuiuſdã citationis. Vñ ſi
cõparet: reſoluit in vim ſimplicis citati
onis: ⁊ ita cõiter practicat p p̄curatores
q̄n reus cõparet: q̄ꝛ petit dictũ p̄ceptuꝫ
reduci ad ſimplicem citationeꝫ. ita dicit
Bar in. d. l. j. C. de execu. rei iudi. Bal. i
l. ij. C. de epi. au. in v. venio ad verbalẽ.
⁊ in. l. actiõe. C. de trãſac. in v. q̄rit dñs
Jacob⁹ ⁊c. Ange. ⁊ Jo. ð imo. i. d. §. me
miniſſe. Inno. in. d. c. fi. de coha. cleri. ⁊
mu. ſentit Bal. in rubrica. C. cõminatio
nes ep̄las. Salicet⁹ in. l. j. eo. ti. Eſt glo.
oꝛdinaria ad quã totus mũdus recurrit
in. c. ex p̄te. el. j. de verbo. ſig. glo. fi. que
vult. ꝙ ante citationẽ rei anteq̄ꝫ ꝯſtet de
cauſa põt p ſuas lr̄as precipe abſenti vt
ſatiſfaciat vel cõpareat: al's excõicat eũ.
Ex hoc eni p̄cepto ante cauſe cognitiõeꝫ
facto: nõ poteſt dicere re⁹ ſe grauatũ: ex
quo iudex iuſtificauit p̄ceptũ. Nã p̄pter
illã iuſtificationẽ vt cõpareat: reſoluit p̄-
ceptuꝫ in ſimplicẽ citationẽ ſi vult cõpa
rere. ⁊ fuit adinuẽta hec practica p facili
oꝛi exitu iudicioꝝ. ſm Abb. i. d. c. ex p̄te.
Idem tenet ille poſt Cardi. in. c. j. de cã
poſſe. ⁊ p̄prie. ⁊ Car. in cle. diſpẽdioſaꝫ.
ð iudi. 7. colũ. in fi. vbi dicit: ꝙ ſi ep̄s vel
let p̄ferre ſnĩaꝫ excõis in aliquẽ nõ ſoluẽ
tem decimas: opoꝛtet ꝙ excõicet mõ p̄-
dicto: q̄ꝛ forte hꝫ iſte p̄uilegiũ vl' aliam ex
cuſationẽ. ar. c. lꝫ ep̄s. de p̄bẽ. li. 6. vñ ſi
cõpareat ⁊ excuſationẽ oſtendat: cũ gra
uamẽ ꝯcludat: excõicationẽ euitabit. ꝟꝫ
eũ ⁊ bñ. Q̄m tale p̄ceptũ ſiue monitoꝛiũ
hꝫ duas p̄tes principales: vna ẽ monito
rij: alia citationis. Monitoꝛij duplex eſt
p̄s: vna ẽ vt is cui dirigitur emẽdet ma
leficiuꝫ vel tale quid faciat: vel ablata re
ſtituat. Alia pars ẽ vt cõpareat allega-
tur⁹ cãꝫ rõnabilẽ q̄re id minime iplere te
neatur. ⁊ ſi neutrũ in termino p̄mi mo
nitorij (nõ dico citatiõis) fecerit: itelligi
tur excõicat⁹ ex offenſa manifeſta: dico
manifeſta: q̄ꝛ p collationẽ ⁊ poſſeſſionẽ i
vim illi⁹ habitã ð qb⁹ ꝯſtat: illa facta ẽ ve
ra ⁊ manifeſta: non reſtituẽdo ⁊ mãdã
do vt monit⁹ erat iuxta glo. Inno. hoſti.
⁊ alios in. d. c. ex p̄te. Fuit etiã excõicat⁹:
q̄ꝛ necdũ nõ fecit illa: ſꝫ nec cõparuit alle
gatur⁹ cauſas rõnabiles ex qb⁹ ad illa
nõ tenere ideo nõ cõparẽdo p̄pter ꝯtu
maciã incidit in excõionem. Alia ẽ pars
p̄ncipal' monotoꝛij: ⁊ iſta ẽ ſimplicis cita

Monitoꝛiũ hꝫ duas partes.

UVA. BHSC. IyR_142_2

tióis. ⁊ hec eſt duplex vn[illegible] ꝯtinēs ſimplicē citationē ad certificandū de paritióe. Secūda ē ad videndum ⁊ declarari incidiſſe ⁊c. ⁊ ſic alia pars monitorij eſt ſimplex citatoria. mō q᷑ in termino iſti⁹ citatiōis cōparuiſſe dr̄; videamus quid fecit allegauit declinatoriā ⁊ ſubreptionē ꝯmiſſionis; ⁊ nō ē dubiū ꝙ per hoc nō euitauit ꝯtumatiā ita abſolute cōparēs ⁊ ꝓteſtās ꝺ nō cōparēdo corā ipo tanꝗ̄ corā iudice; debet enī loqui: vt ſingulariter docet Inno. in. c. cumana. de electio. videlicet ꝓponere rationes ⁊ cauſas iuſtas q̄re non debeat ꝯdēnari ꝗ̄uis ſit iudex. Sed ſi compareat ⁊ dicat. Cōpareo corā vobis inquantū ſitis iudex: ⁊ tales exceptiōes oppono: quib⁹ apparet nullitas vel iniuſticia p̄cepti: p̄ceptū reſoluitur in ſimplicē citationē: ⁊ ꝯſequēter nō incidit in excōicationē. ¶ Has aūt exceptiōes opponere poterit aut coram papa vl̄ ei⁹ ad hoc delegato vel corā executore qb⁹ oppoſitis ſupſedebitur in executione iuxta notata in. c. de cetero. ⁊ i. c. quo ad cōſultationē. de re iudi. maxime ſi ex eiſdē iuſtis cauſis appellatio interponatur; q̄ ſunt exprimēde in appellatiōe tanꝗ̄ ſi appellaretur ab interlocutoria; mera vt notāter voluit Abb. in. d. c. quo ad ꝯſultationē. ad fi. ⁊ ſequūtur ibi moderniores. Iſta enim appellatio ſic interpoſita ſuſpēdit effectū p̄cepti iuxta notata in l. j. ff. ad turpi. in. c. paſtoralis. §. p̄terea. de offi. de. ⁊ in. c. p̄terea. de appel. hoc in terminis nr̄is tenet Ancha. in. d. conſi. 241. Idē tenet Egidius belemera deciſione. 160. incipiēte. ſi a tp̄e publicationis. Dicēs ꝙ ſi infra dies ꝯtētos in monitorio vel executorialib⁹ q̄ dantur ad aliq̄d faciendū vel implendū ille ꝯtra quē monitoriū vel executoriales diriguntur; appellauerit ex cauſa ꝓbabili; q̄ ꝓbata deberet legittima reputari; iuxtā notata in c. vt debit⁹. de appel. cū ſimi. talis appellatio ſuſpendit effectū monitorij vel executorialium; vt. d. c. p̄terea. de appel. ⁊ ibi Inno. ſm̄ Egidiū vbi ſupra. qđ ē valde ſignādū ad ꝓpoſitū noſtrū. Iſti aūt dies ī monitorio vel executorialib⁹ aſſignati; currunt a tēpore ſciētie ⁊ notificatiōis. l. auus. ff. de calūnia. ⁊. l. cū ſex. ff. ꝺ edili. edicto. ſm̄ eū. Ego addo glo. nota. in. c. ꝯcertationi. de appel. lib. 6. in verbo ſciuerit. vbi habet̄ ꝙ nō dr̄ quis ſcire actū niſi ſciat tenorē act⁹ ⁊ ꝑ eū ſe grauari. de qua glo. ī diuerſis ꝓpoſitis doctores faciūt mētionē. facit etiā glo. in. l. quemadmodū. C. de agrico. ⁊ cēſi. lib. 10. verbo. ⁊ emptor. in prin. ⁊ ibi notat Ange. inferēs ex ea multa q̄ videri poſſunt. Quāuis ergo lapſi ſint dies aſſignati in monitorio vel executorialib⁹ a tēpore date; nihilominus admittitur is ꝯtra quē dirigitur infra illos dies q̄ incipiūt currere; non a tēpore date; ſꝫ a tp̄e ſciētie.

Hoc aūt remediū appellatiōis erit vtile ꝯtra mādatū vl̄ p̄ceptū pape; vel cuiuſlibet alterius iudicis vel ſuperioris; etiā ſi cauſe cognitio ⁊ citatio precederent; ⁊ res diſcaſſa foret; immo ⁊ iudicata; vt videtur Egidius loqui.

Quomodo ſunt opponēde exceptiones.

Coram quo ſunt exceptiones opponende.

Appellatio ſuſpēdit effectū precepti.

A quo tēpore currūt dies monitorij

Appellatio ab executorialib⁹ qđ operetur.

¶ Hec ſunt que circa p̄dictā ꝯſultationem mihi viſa fuere; ſalua ſemꝑ deciſione ſacroſancte matris eccleſie; ac cuiuſlibet melius rectiuſq̄ ſentiētiū correctiōe. exactum fuit hoc opus in Valleoleti. 17. die Julij redemptiōis nr̄e. Anno. 1504. Impreſſumq̄ nouiter Salmantice cum multis additionibus ⁊ cum tabula. Anno dn̄i. 1517. Die vero. 22. Aprilis.

Cum priuilegio.

UVA. BHSC. IyR_142_2




UVA. BHSC. IyR_142_2

UVA. BHSC. IyR_142_2

UVA. BHSC. IyR_142_2



UVA. BHSC. IyR_142_2

¶ De Iuram[illegible] [illegible]ctionis
Petri inmarre: co[illegible] [illegible] bene-
fitiis in curia Baca[illegible] palme Raujos

Biblio[illegible]
IyR[illegible]

UVA. BHSC. IyR_142_2

Biblioteca de Santa Cruz
IyR 142

UVA. BHSC. IyR_142_2